


D. 1795. de la Comp. de Bremen. 3^e
EPANORTHOTES R-8672

CASTIGA-
TIONES IN NOVVM
TESTAMENTVM, IN QVIBVS
deprauata restituuntur, adiecta refecan-
tur, & sublata adiiciuntur, Au-
thore Tac. Nicolao
Zegero.



21594.5x

SANCTIS
SIMO PATRINO
STRO IVLIO TERTIO PONTIFICI
verè maximo. Tac. Nicolaus Zegerus
minorita S.

ANTA est celsitudinis istius beatissima
me Pater sublimitas, ut nemo uel sum-
morum principum non uereatur literis
te aut scriptis compellare; quia ita iustius
ego infine sortis homuncio? Quid enim non metuas
eum compellare, qui tot gradibus, tot parasangis, tot
nominibus ceteros omnis mortales quamlibet excel-
los precellit, ut pote qui numen quoddam hic agat in
terriss? Neque enim ceteris omnibus preemines solo
monarchice istius dignitatis titulo, qui contingere
potest uel indigno: ueram etiam longè preclarius
pulchrius, angustius, multarum incomparabilium do-
tium atque egregiarum virtutum nomine: quibus tam es-
cumulatus, ornatus, perpolitus, ut planè nescias star-
tan e ista magis Iulium ornet, an Iulus ipse cant,
quam natus est partam omnium citra controuersiam
summis. Non exigua quoque eminentis ac decori pars
in aucta nobilitate, in claris maiorum stemmatibus, in he-
roica corporis forma et in istiusmodi ceteris, que ut
magnifica sufficit hic mundus, sita est: uerum mi-

A x bimay

EPISTOLA

bi magis suspicere atq; admirari libet, que magis tua sunt, singularē naturae tuae bonitatē atq; humanitatem: incredibilē morum suavitatem: nulli nō obuiam comitatem, que tāto est in isto fastigio admirabilior, quanto maiestas est excellentior: ad hęc iudicium in omni genere rerum singulare, quod suapte natura felicissimū, felicius reddidit plurimarum rerum usus: preterea haud uulgarē animi propensionē atq; fauore erga pietatē, erga sacra literarū studia, erga eos, qui bis addicti sunt: cum primis aut indefessum publice pacis atq; tranquillitatis studium, quo ductum nihil nō facere te audimus, ut summos nostros monarchas concilians in christianam cogas cōcordiam. Nimirum prudentissime intelligis, quanta undiq; malorū colluvias, immo quantus malorum oceanus ex hac bellorum procella exundet: quam ingentes undiq; calamitatum fluctus mortalium tum res, tum animos concutiant, labefactent, frāgant; et rursus, ex ipsa pace, que parens & altrix scribitur rerum bonarum, quot egregie cōmoditatis mortalibus proueniāt. Sed hęc atq; dia huīuscemodi, aliā fortasse tempestiuīus, et ut arbitror, alijs referētur rectius quam tibi. Ut ergo ad id, quod in uotis est, explicandum ueniam, ista tua tam increādibilis bonitas, & omnibus obuiā benignitas, qua & illam ipsam exuperas magnitudinem tuam: & te sumū sic demittis atq; accommodas iuxta beati Pauli uocem uel ad infima, paratus semper & quis responsū dñe

NVNCUPATORIA. §

dere poscenium uotis, hęc mihi fiduciam addidit, ut ego ille inter minores tue sanctitatis clientulos minimus, peccatricem illam euāgelicam imitatus, audeam summa(*ut i p. x*) cum animi modestia ad sacerdios Christi nostri accurrere & prouolui ex osculādos p̄des: quibus utinam aliquando detur hīce oris mei labijs (quanquam hoc interim beneficio indignis) basia infigere: quod nunc interim (quando aliud nō licet,) sinceris factito animi affectibus: hoc ipso & tue sanctitudini omnem deferens obseruantie reverentiam & humili ouicule, utinam etiam non morbide, à pastore efflagitus aliquam spiritualis benedictionis gratiā. Sed & aliud est, quod isti tue humiliter offerro ac dedicando transmitto sublimitati: nimirū Castigatorē hunc noui Instrumenti, unde cum noua quadam atq; per nos emendata eiusdem Instrumenti editione: & est rursus aliud, quod uicissim nobis & universo ecclesiæ gregi à sedis Apostolice maiestate aut autoritate exhibitu beneficium omni cum humilitate flagitamus: nimirum ut tua sublimitas haud grauetur hunc nostrum laborē, primum quidem eruditis aliquibus uiris committere discutiendum & examinandum, seu etiam pro ipsorum iudicio cōsilio ue castigandum: ac deinde non de dignet eundem laborem nostrum, nimirum Castigationes has, sed potissimum ipsam iuxta easdem castigationes noui Instrumenti editionem: si tamen digna & catholica uti speramus

A 3 iudicab

EPISTOLA

iudicabitur, adprobare, et apostolica autoritate robo
rare confirmare, & pro germania atq; authenticis
ubiq; terrarum legendis, committere, posthabitis ijs
editionibus, que huic aduersantur. Nec etenim est,
(quātum equidem omnibus, que hoc pertinere posse
sunt discussis atq; peruectigatis, quicq; perspicere) ge
nerina germana et emendata ueteris nostris interpre
tis uersio seu translatio, qua hactenus semper à tem
pore fere apostolorum, aut non ita diu post, usi co
gnoscitur Romana ecclesi: quam ab innumeris tam
mendis, tū adulcerinis adiectiunculis, nō sine magnis
& multis molestijs repurgauimus, & pristino nitoris
& integritati, quatenus fieri potuit, diuina iuuante
gratia restituimus. Hoc ergo, quicq; est laboris, studij
aut sedulitatis, nomine pariter & felicibus auxiliis
summi nostri antiflitis Iulij tertij cupimus prodire
in publicum, & per omnes distracti ac diuulgari eca
clesias. Sanctitatem tuam nobis, & uniuersae reipubli
ce Christianorū, quam diutissime seruet in columnam;
semperq; felicibus incrementis in maius prouchat is,

qui te donauit orbi pastorem, princeps pa
storum Christus Iesus. Dixi enim in Bra
bantia, in seruis adiunctis in celum
& uirginis pariter & geni
tricis. Anno Christi 1553.

mensē Augus
tū.
f. o.

AD LECTOREM

PROLOGVS.

Anta est passim in noui Testamenti codici
bus, tum latinis, tum græcis varietas, disce
pantia & corruptela, presertim in ijs, qui
ante annos hos triginta aut quadraginta, uel calamo
exarati uel typis sunt expressi, ut non nisi per
plexæ faciæ difficultatis comprobare ac demonstrare,
que in ipsis haberi ac censeri debent pro germa
nis, apostolicis et intemeratis. Græca exemplaria diffi
cilent à latinis: græca pariter et latina moderna à uete
ribus: uetera à ueteribus, moderna à modernis. In tan
ta erga codicū varietate, quo cōfiguras, quid sequaris,
cui tuto credas? Nam si Hieronymi atq; Aug. hic con
sillium sequendum obtendis, qui in huiuscmodi dubijs
recurrente docet ad ipsos uersiōnū fontes: ut po
te in ueteri Test. ad originem hebraicā in nouo uero
ad originē græcā. Respōdebo tutū iā nō esse hoc cōſi
līj admittere, q; græcorū codices, presertim paulo an
tiquiores, lōgē sint corruptiores q; latīnorū: nā qui
paulo habētur castigationes, nō nisi nostra etate recti
tuti sunt, idq; etiā in nonnullis locis (ut uidetur) ex fr̄
de latīnorū. Siquidem quod Hier. ex græcanico fonte
admonet, in epistola Ioānis prima ponendū esse testi
moniū illud Patris, Verbi et Sp̄ritus, quod queritur
pr̄termisū sūisse ab infidelibus trāslatoribus latīnis,

AD LECTOREM

In editione græca paucis ab hinc annis adiectum est.
Duo ipsi uidimus exemplaria græca, que palā arguit,
quantum pridē in lectione græca facit corruptio.
Alterū seruat in Cœnobio regulariū Corsendocen-
si descriptū calamo, alterū in cel. bri academia Loua-
niensi, apud eiuslē instituti religiosos in cœnobia dñi
Martini expressū typis: quod cernētibus innumera os-
tētāt correctoris cuiusdā nēpē Desiderij si rectē me-
mini uestigia. Hinc palam liquet, q̄ agāt p̄pōstere,
qui hodie pro tuēdā lectionis ueritate nō alio confugē-
dum autumāt, q̄ ad editionē græcā, quasi cā ipfī simi-
sons sit solidae ueritatis; quū longè secus rem hodie ha-
bere, ex multis p̄fīm deprchēdatur græcanicis adno-
tatiōibus probatissimi doctoris Beati Hieronymi. Dū
enim ipse in sue etatis trāslatiōibus reprehēdit, quæ
hodie legūtur in græcis: dū p̄fīm admonet, h.e.c aut il-
li sic haberī in græcis, et aliter in latinis, quum hodie
cōtra eadē sic in latinis legant, quomodo tūc suisſe di-
cit in græcis, et ita sunt nūc in græcis, quomodo dicit
suisſe in latinis, dū in citādis scripturārū testimonij,
qui græcæ fuit antiquatis studiosissimus sc̄tator, à mo-
dernis græcis p̄fīm dissentit; qd aliud, q̄ manifestē co-
arguit, modernā græcorum editionē esse deprauatā,
nostrā uerò in eiusmodi locis syncerā, eoq̄ hāc in mul-
tis esse puriore. Horum oīm si quis uelit habere testi-
monia, q̄rat in subiectis cēfūris loca ea, quæ ex Hier.
uestigata sunt; ac deinde ad ipsum recurrit Hie. in lo-

eis inio

PROLOGVS.

cis inibi adnotatis ad marginē. Ad h.e.c. quum multis
iām retro seculis, plurimum annis circiter ostingentis
aut nōgentis, lingua græca ab ecclēsia Romana pror-
sefere exulavit, ita ut nō nisi tenuis ac rara apud pau-
cos quosdam huius remāscit linguae peritia, quis ergo Cognati-
dat nullos interim irrefuisse errores? Si tot modis, tē
poris nihil nō uiciantis progressu, adulterata fuit edi-
tio latina inter latinos, quid ni idē credendum est, usū
uenisse inter eosdem editiōi græcae? Quinimo si à no-
stris hac in re multisfariā & dormitati ei peccatiū est
in nostris, quis tandem polliceri audeat, illos tā suisse
sem̄ sive fideles sive felices, ut hæc tenus mis̄cūlū in
suis peccatum sit ab ipsis? Certe nos inter legendū
quorundam cōmentarios atq; adnotatiōes, innume-
ra deprehēdimus loca in lectiōe uariare, que syncera
nō esse, uel ipsa testatur uarietas; nā uerum non esse,
quod uariat, inquit Hieronymus, etiā maledicorū te-
stimonio cōprobatur: que etiā tum in unū transcripsi
Hie. in prol.
in 4. euang.
catalogum, si cui forte tandem possēt
esse usui. Sileo interim illorū à nobis in dogmatis non
nullis disensionem. Sed non perinde magnum ac faci-
le reparabile uideatur malum, si in nostris tantū esset
peccatum, et non etiam in prisca ac primæ pene eti-
atis excēplaribus. Mox enim, ubi perfidia cœpit grāsa-
ri heretica, cœpit simul & quorundam temeritudo
uel sacrosancta uiolare diuinarū literarū oracula, ut,
quod persuadere hanc poterat sapientia seu uerius

A 5 malitia,

AD LECTOREM

malitia humana, mentita adstrucerei autoritas diuina.
Tetatur enim ueritatisim ille scriptor Tertullius
Ter.li.5.ad-
uersus Mar.
in epist. ad
Cor.10.
mas, multi è scripturis subtracta fuisse per Marcionem
hereticum, que aduersari videbantur ipsius dogma-
ti: ut est uocabulum adam in illo 1.Cor.15. nouissimus
Adū in spiritum uiunificatē: rursus uocabulū homo,
in illo eiusdē cā secundus homo de cōelo cōlestis, pro
quo Marcio substituit, secundus dominus de cōelo, sicut
ti in hodiernum usq; dīē legitur; itū suū in illo ad Eph.
2. Interficiēs inimicitias in carne suis: itē particula in,
eiusdem epi.c.5.ibi Que sit dispensatio sacramēti ab
seōditi à seculis in Deo; scilicet ut legeretur ab seōditi
à seculis Deo, qui oī. cōdidit: quod pro sua illa adser-
tiōe sacre estimabat, qua suū quendā prædicabat do-
minū, qui corporalitā hēc creasset, à summo illo oīm
Domino distinflū: preterea clausula illa ad Ro. ult. Et
aut q potēs est nos cōfirmare, usq; ad epistole ipsoſi
nē, quā ab eodē sublatā fuisse refert in suis cōmentarijs
Adamantius, aut certi ipsius interpres H̄e, quē admo-
dum et hodiē abesse cernitur in cōmentarijs Theophi
Ter.li. aduer laeti. Sed & flammā inquit. Tert. et ign: m: delēdo ex
sus mar.5. de tinxit hereticus, in sermone illo 2. ad Thes. c.1. n: flā
epi.Thes.
ma ignis dantis vindictam. Nec mirum si uoces et sen-
tentias nonnullas abstulerit, quum etiā integra capita,
imo integros libros, ut euangelia oīa solius Lucae ex-
cepto, librū actorum Apostolicorū, & Apocalypsin
repudiari, uti ex libris liquet dicti Tert. aduersus cū
dem.

PROLOGVS.

6

dēm. His adde quod historia illa apud Ioannē cap. euā
geliū ipsius 8. de muliere in adulterio deprehensa, nō
modo è contextu subtracta oīm fuerit euangelico, ue-
rum etiam è cōmentarijs Ioannis Chrysostomi: nāq;
eandē ipse legerit palam indicat, dū homi. in loī. 60.
ipsius facit mentionem. Huic semodi aut mutilatiōes
nusq; quod cōquidē sciā, facte scribūtur à latiniſ quā
uis etiam hereticis: ut pote qui in tractandis literis fa-
cis non paulo illis semp fuerint religiosiores. Atque
hinc factum est, ut grauiſ ille ecclesiæ doctor be. Am.
gr̄ecorum lectionem non modo paruifecerit, uerum
etiam postposuerit lectiōi sua latiniæ: quum tamē cā,
qua ipse tū utebatur, ueratio haud quaq; tam fuerit so-
lida atq; authenticā, quam hēc est, qua nunc uirutur ec-
clesia Romana; et probabile sit, gr̄eos codices tū ad
huc fuisse incontaminatores, quām sint hodie. Et tamē
men idem Am. non dubitauit alicubi contēnere, ac ue-
luti dāmnare consilium sententiamq; bea. Hieronymi
de restituēdis codicibus latinis ex fide gr̄ecorum. In
dignum enim iudicans, ut locus ille ad Ro. 5. Regna-
bat mors ab Adā, usq; ad Moysē etiā in eos q peccauē
rū, iuxta gr̄eos (ut tum habebāt) legatur cum nega-
tione, qui nō peccauerunt, q negat fuisse tū in latinis,
quum tamē hodie legatur utrobiq; scribit in hac uer-
ba. Sic inq; prescribit nobis de gr̄ecis cod. quasi non
ipſi ab inuicē discrepent, quod fecit studiū cōtentiois.
Quia propria q̄s autoritate uti nō potest ad uictoriā,
uerba

ID LECTOREM

verbis, ut sensum suū quasi uerba legis
adferat, nō ratio sed autoritas præscribere uideas-
tur. Cqdā autē, cuosdā latinos porro oīde ueteribus
græcis trālitos codicibus: quos incorruptos simpli-
citas tēp̄orum se, uuit & probat. Foq̄ autē à cōcordia
animis disperditib⁹, et hereticis pturbatibus, torquere
quaſtiones ecepert⁹, multa immutata sunt ad sensum
humani, ut hoc cōincidetur. quod hōi uidetur. Vna-
de et ipſi græci diuersos codices habēt. Hoc autē uerū
arbitror, quādo et ratio et historiā et autoritas obser-
uatur. Nā hodie quis in latiniſ ſrehēduntur codici-
bus, ſic inueniuntur à ueteribus poſita Tertulliano, vi
Florino, & Cypriano. Nec ille. Sed qđ inq̄s: Itaque er-
go oīa ſunt ambigui atq; incerta? Itane in dubiū reuo-
cāda ſunt diuinarum ſcripturarū oracula, propter ea
q; tot aliqādo irrepferim̄ mēde et uilia? Verum hāc
dicta ſint, non q; nulli nobis ſuppetat certitudo reli-
qua: non q; nulla nobis adſit certa de ſcripturis fidē
ratio: ſed q; illinc nō ſint nobis potiſſim⁹ ac ſolum pe-
tēla ueritatis ſuffragia, unde multi hodie petēda exi-
ſūmant. Habamus indubitate atq; innotā, qua niti de-
bemus, ſolida ueritatis l. iſiū, columnā et firmamētū
orthodoxā eccl̄iā; cui tātum tribuit ac fidit inſigne
illud ipſius eccl̄ie lumē Be. Au. ut ne euangelio qui
dem ſe credere adſerat, niſi id cōprobaret dicta eccl̄ie
aueritas. Hec iam oīm ſe ueritatem nobis dedit ſeu
recepit, quam iudicauit inter calce & maximē dilucio-
dam uita-

Tim. 3.

PROLOGVS.

7

dām uulgoq; intelligib⁹, et maxime respondent. ue-
ritati græce, quā datā etiam conſirmavit, conſermans
longo uſu, atq; unanimi fideliū ſub romana eccl̄ie
agentium conſenſu, citra oīm coniouerſiam ſtabili-
uit ac roborauit, ſicq; roboratā pacis ab hinc annis
in inchoato apud Tridentū generali cōcilio aduersus
æmulos quosdā, q; eius auoritatem labefactare conati
ſunt, defendit, cōmendauit, et ad fāſitatem deſtruendā,
adferendāq; ueritatem declarauit ac diffiniuit, uel ut
uerius dicā, diffinitā declarauit authētica n. Neq; rur
ſus hāc dixerim, quod græca editionē prorsus dānan-
dam aut contēnendā cōſecā ſunt enim pmulta in ipſa,
que uſq; adeo depravata non ſunt, ut depreuari haud
facile potuerint, niſi forte ſic, ut corruptela ipſa facile
potuerit deprehēdi ac tolli, et ipſa archetypū ſelicio nō
raro aliq; habet intelligibilius, & plus interdū lucis,
evidentie, aut energiā adfert inſinuatq; lectori, q; le-
ctio latina: ſed q; illi non tantum fidēdum iudicē, quan-
tum huic noſtre: et ne q; id omne oīſe ueritatis, et pro-
tinus credat habendum pro indubitato, quiq; cerni-
tur aut refertur eſſe in græcis. Verum quia etiā h.ec
ipſa ueratio multis in locis noſcitur uilitata, mutilata et
aucta, idq; uel diligentia, ſed ea non ſatis exacta, no-
nullorum correctorum, ut poe quibus id ſu uenerit,
quod de quibusdam beatus ſcribit Hieronymus, dum
errores tollunt, errores ſtatuant (quāq; am it. terim
nullos arbitror eſſe capitaleis:) uel inſcrita ſeu osci-
tantia

AD LECTOREM

tantia scrib. irum: uel etiā pio quo dōn studio tollenda
rum obscuritatū: deinde quia eadē totū cernitur cō-
signata ueruculis, asteriscis, adnotatiunculis, uarian-
tiū exēplarum diuersitatibus, uariarū uersiōnū pla-
citis seu distatijs (quas tamē nō improbaremus, si par-
cius et maiore cum iudicio adhiberētur) ut eiusmodi
adiectiuncularū multitudine catholicum contextū con-
fundant et onerent potius, q̄ ornent, ubi soluāt aut illu-
strent: maxime quū carū pler. eq; haud magni sint mō-
mēti, nonnullae parum pīe, nōnullae etiam tales, ut nō
arment sed exarmēt magis probat̄ ecclesiæ uersio-
nē. Quia inquam tanta est unius noui Testamēti in le-
ctōe ac uerbis uarietas, non abs re fore putauit, si foli-
dis testimonij cōprobare atq; firmare, que sint habē-
da pro genuinis atq; indubitatib; idq; nō in latinis mo-
do, uerū etiā quatenus fieri ex ueterū lucubratioibus
potest, in grecis: In quibus tamē nihil immutare uo-
lui, nisi ubi cōsensus adebet omnī ueterū, aut alia ratio
multū certa, ne qd forte in re tā sacra agere temere.
In restituenda item editione latina, que princeps est
nostrī instituti opera, non sat eſe putauimus, si anti-
qua aliquot haberemus licet uetusatis exēplaria, una
cum nouis & editione græca, eaq; unius regionis, ex
quorum uidelicet collatione repararemus, que colla-
psa erant: fieri enim potuit ut oīa olim (quādo magna
erat codicum raritas) uno eodemq; ex fonte dimi-
narint, qui si fuit impurus, impuros ne eſe est eſe
et riuos;

PROLOGVS.

3

et riuos: Sed neq; diuersarum quidem regionum codi-
cibus, quāuis etiam uetus, tis semp suē habendam puta-
uimus, nisi ubi uel aliud nihil probabilius obſtabat,
uel plurū erat cōsensus, uel dia teſtimonia nō suppe-
tebant; sed multo magis ad sanctorū doctōrū, eorūq;
antiquiorum & probatorū lectionē duximus confu-
giendū, q; nulla proſsus aut certe pīa uita putaremus
extare exēplaria tā sincere scripturæ, tāq; antique,
quā sunt ueterum quorundā lucubrationes; in quibus
ut sacrascripturarū uerba nō facile potuerunt corrī-
pi, et multo etiā minus ipsorū autorum in eadē expla-
nationē, ita plus illis fidei indicauimus habēdū. Nō
quod semp̄ pro ſono uerborū ad illōs, maximē antiquo-
res cōfigiendū fuerit, sed pro ſenſu habēdo, proq; ad
iectitijs et subiectitijs dijudicandis. Alioq; ubi de uoci
bus tātū agebat̄, ibi uelut uis enēdatisq; codicibus, cūq;
ijs antiquis scriptoribus, sed tamē q; euulgationē ecclesiā-
sticæ editiōis non preceſſerint, opus fuit. Vbiq; tamen
exacto iudicio, lēga et oculata circūfēctiōe opus no-
bis putauimus, ne ſi qd impiē, aut mutaremus prēpo-
ſterē, merito coargui poſſimus uel sacrilegij uel teme-
ritatis, idēq; à nobis ueniāt q; nōnullis, quorū et
ſtagiatiōes, et Bibliorū editiōes à facultatib; Theologi-
cis nup̄ recieſt̄ & improbat̄ ſunt. Quare cōſulium
nō effe arbitrii ſumus, ut labore hūc uno cōtinēti ab
ſoluēt̄ studio, aut etiā uno cōtinēti tēpore, ſed po-
tius ut p̄ interualla tēporum ſubinde ex occasiōe uel
codi-

AD LECTOREM

codicū, uel doctorū, qui occurrebat legēdi ad intermissionem studiū recurrētes, uel tandem post multa curricula annorū, supremā operi subduceremus manū. Sūmō pōpere etiā cauinū cum diuini Spiritus iuuocatiōe, ne quod se penumero, cōingere cōfuerit uel id ipsum non sentientibus corrupto aliquo abduceremur ad se. Et in partē aliquā minus probabilē: et ne uel minima in re diligib⁹ obſeruēmus ueritati. Nā ubi duplex sese offerebat scriptura, quārū utraq; spud probatos inuenirentur autores, et ambigū erat utra eſſet senior, ibi satius duximus amplecti utrāq; quam alterutrā, quae etiam probabilis eſſet, reiſcere. Illud tamē persuasum habuimus, in hoc nostro negotio, beato Hier. magis fundendū eſſe q̄ ceteris, (ſemp tamē cū iudicio) propter reaq; ipſe in hiſce rebus lōge fecerit exercitatissimus, ac ſtudioſiſimus, ut pote in diuersis linguis oīm eruditissimus; deinde q; in eis egerit regiōibus, nēpe Rom. & in regione Palestina, ubi facile primarios eccleſie aut certē ſecundarios habere codices potuit; ut nō in merito catholicā eccleſia ipſi⁹ in multis ueteris Test. libris uerſionē, in euāgelijs uero ſuſcepere et approbariū caſtigationē. Hoc enim unū 4. euāgeliorū opus (q; oī ſciūclī haberi cōfuerit, quēadmodū et alij noui Te. libri ſingulatū et diſtincti ſerebant) nos habere ex ipſi⁹ lima et recognitiōe arguit, primū q; eius hāc operā iuſu pr̄eſerit, q; autoritatē habuit approbādi, utl ex ipſi⁹ liq̄t in euāgelijs p̄efatiōe, q; ita nō fuit in libris ceteris

AD LECTOREM.

9

ceteris: deinde quōd in enarrationibus & citationibus uerborum euāgelicorum à noſtra lectione aut nō omnino aut tenuiter diſcrepet. Qyin et Aug. hoc idem indicare uidetur, dum ad Hiero. ſcribens cum gratiarum actione ipsum commendat, quōd euāngeliū inter pretatus fit ex gr̄eco, in quo nulla ferē eſſet offendio: nam eidē respōdens Hiero. non de uerſione, ſed de emendatione loquitur. Qyod autem nihil horum babeamus iuxta ipſius translationem, palam deprehendi potest primum ex ſcripturarum testimonijs per eos productis, qui ipsum Hiero. p̄aceſſerunt: ut fuere ſummi illi pontifices Anacletus. Euariſtus. Alexan. et ſequentes, aut certē eorum interpretes: & quod ad euāngelia ſaltem attinet Hilar. & Amb. (ut alios ſileam) qui omnes in multis à noſtra lectione nihil omnino diſcordant: deinde etiam ex multis locis ſcriptorum ipſiusmet Hiero. p̄otissimum tamē ex commen. in epiftolas quāſdam paulinas, & in euān. Mat. ubi frequenter ipsum latinum interpretem citat: atq; adeo etiam in commen. epiftolarū contextum ipſius collocat, licet in nonnullis locis mutatus fit iuxta mentem Hiero. & ex illo quod in fine lib. de ſcrip. eccleſie ſcribit ſe no. Test. non quidē ut uetus tranſliffere, ſed reddidiffe fideli gr̄ece. Ex quo etiā uerbo, atq; item ex eo, q; multa ſint loca ſic inuulgata eccleſiae editiōe ſcripta, quomodo in suis paſſim lucubrationibus, in gr̄ecis non autem in latinis fuſſe

B admo-

PROLOGVS

admonet, quidam adstruere conatur totum nos nō
uum Testamentum habere iuxta eiusdem Hierony-
mi recognitionem: eamq; factam ab ipso fuisse iam se-
ne ac veterano, idq; tempore & iussu Damasi pape.
Verum sic rem non habere, & quod prodit non ae-
liud esse quam meram diuinationem, multis compro-
bari potest argumentis. Nam beatum Hieronymum
tempore ἐγενόθητον sui Damasi, et ate veteranum
non fuisse, nec admodum senem (ut quidā subindicare
uidetur chronographus, quē ille sequutus uidetur)
sed potius in media circiter uite sue cœurisse perio-
do, utpote neccum sexagenariū, & fortasse ne quin-
quagenarium quidem deprehendi potest quum ex
alīs, tum præcipue ex Platina, si quis scrutetur atq;
expedit exactius: inq; ex ipsis, (infallor) scriptis Hi-
eronymi. Pr. eterea si ipse emēdasset quod nūc habet
ecclesiam, legeremus utiq; in epist. ad Rom.ca.12, sed
sapere ad pudicitiam, quod ipse iam senex libro ad
uersus Iouinianum priore, malè legi dicit in latinis,
sapere ad sobrietatem: legeremus in epistola ad Cor.
1. capite 7. non ut laqueum uobis iniiciam, sed ut ad
id quod honestum est, & intentē facit seruire domi-
no, absq; illa distractione, uos adhorter: quod ibidem
aduersus Ioui. negat in latinis codicibus, propter tra-
stationis difficultatem prorsus inueniri: legeremus
in salutatione utriusq; epist. ad Theſ. Paulus & Si-
las & Timotheus: pro quo in epist. quadam ad Das-
masum

AD LECTOREM.

10

masum cui principiam est. Septuaginta, uiciose syllo-
gias legi dicit: legeremus in epi. ad Rom.ca.1. Qui
destinatus est filius Dei: quod in commentarijs Ori-
genis, dicit per proram legi prædestinatus: itē in epi.
ad Tit. cap.1. Oportet episcopum esse sine accusatio-
ne: quod lib. aduersus Pelag. pri. magis sonare te-
statur τὸ ἀνέγκατον: in epi. ad Gal. cap.4. Quoniam
indigeo in uobis, pro confundor: rursus ibidem
cap. seq. à Christi opere cessatis, pro euacuatis estis à
Christo: & modicum fermentum totam conspersio-
nem fermentat, pro totam massam corruptit: que
in suis corrigit commentarijs: Legeremus in actis
apo. cap.2. Factus est subito de celo sonus quasi spiri-
tus uioletus, et impleuit uniuersam domū, ubi erant
sedentes. Apparueruntq; eis linguae dispersæ sicut ig-
nis, uti scribit, quum alias tum in commen. in Iesa.ca.
huius. itē Act.ca.27. Smyrnā pro lystram; nam smyr-
nam ponit in catalogo locorum: & Laſea, pro quo
ibidem nonnullos corruptè thalassalegere adserit:
& multa alia, que paſsim reperiſe est in ipsis scrip-
tis. Ceterorum autē librorum nimirum epifolarum
canonicarum & Apocalypſeos, emēdationē non eſſe
Hieronimi ex citationibus tantum conuincere posſu-
mus à lectione ecclesiæ discordantibus: quarum alia
quot inuenias in libris aduersus Iouinianū, & in co-
mentarijs in Iesa.ca.65. itē in epist. quadam ad Euagriū,
To.2. cū hoc quod sicuti præſtitur in epi. cano

B 2 nicas

PROLOGVS

nicas plura se demutasse in cæteris canoniciis quam
in epist. be. Iohannis, ita longè plura inuenias loca à
nostra lectione disidentia, quæ ex illis, quam quæ
ex hac citat Iohannis. Ex prædictis ergo colligere li-
cet Hieronymi emendationem, si non quoad euange-
lia, certè quoad reliquos noui instrumenti libros, ni-
fallor omnibus, ut alia non pauca ipsius opera interci-
dusse. Quia tamen multa nunc legimus in latinis nos-
stris, ut ipse in suis passim lucubrationibus corrigit,
superest fateamur studiosum quempiam, & probati
bac in re iudicij hominē, circa Hieronymi tempora
recognitionem fecisse librorum reliquorum, nempe
eorum, quorum recognitionem ab ipso editam uides
bat nō recipi; et fortasse etiā totius noui instrumēti
idq; in primis ex ipso Hiero. qui in hoc genus studio
cæteris fuit frequentior: deinde (ut probabile est)
ex collatione tum gr̄ecorum, tum diuersarū quæ tū
ferebantur uerſionum: & hanc ipsam fuisse a uiris
cruditis & ab ecclesia receptam: quippe quæ reper-
ta ac iudicata fuerit omnium absolutissima fidelissi-
maq;, nimirum cum gr̄ecis qui tum erant emendatio-
ribus antiquioribusq; codicibus proximè cōsentientis:
& omnibus, doctis pariter te indoctis tam in uerbis,
quam in sensu maxime obvia, exposita & intelligibi-
lis: deinde etiam hieronymianæ recognitioni magna
ex parte conformis. Atq; hinc liquet qui factum sit,
ut quæ nos habemus, nō per omnia tū ijs quæ Hiero-
nymus

AD LECTOREM

IV

Hymnis passim uel admonet uel legit, cōsentiat. Quā
quam enim ecclesia ipsius uerſiones iuxta ueritatem
hebraicam receperit in libris ueteris Testamenti cæ-
teris fortasse omnibus, non tamen idem fecit in Psal-
mis, quos in tēplis decantat, & inter biblia sacra ha-
bet iuxta interpretationem Septuaginta: licet inten-
tim ipse eosdem magna ex parte latinos fecerit, seu
(ut uerius dicam) latinitate olim donatos emēdarit,
paucis ad lineam hebraicam mutatis; cuius tamē emē-
datio non ubiq; integrè cernitur seruata, uti apertū
fit ex epistola quam hac de re ad Suniam & Fretellā
scripsit. Sic quoq; ipsius recognitionem ecclesiæ au-
toritas recepit in historia euangelica, in epistolis ue-
ro apostolicis, Actis, & Apocalypsi, (quantum equi-
dem ex ipsius scriptis apprehendere possum) nō itē.
Sed quia nobis aduersari uidetur, quod dictus Hiero.
scribitur euāgelia & epistolæ collegisse ac digeſſisse
dominicalets, sicuti hodie habet ecclesia: easq; Dama-
sis creditur recepisse, ac censuisse ut ita legerentur:
dicendum hoc ipsum non legi in scriptis authēticis.
Et ut donetur ita esse, dicendum hac in ordinatione
seruatam esse lectionem romanæ ecclesiæ usitatam:
nam epistole & euangelia in missis legi coepérunt,
uel à tempore Alexandri papa, qui Petro fuit quin-
tus, aut iuxta aliam supp̄putationem 7. Ut fileam inte-
rim me suspicari beatum Hiero, indicem modo quen-
dam ordinare, qui cōmonstrarēt quid quo legeretur

B 5 dic;

PROLOGVS

die, nulla certa ed hoc designata editione: et hunc illum ipse, qui in multis adhuc cernitur antiquis exemplaribus q. euangelistarum, ipsa duntaxat indicans et certo limite determinans euangelia, non etiam epistles, ut nunc uulgo habetur, additas nouis instrumentis. Quod sanè sufficari me facit, quod olim euangelia pronunciari confuerint ex integro euangeliorum corpori, sicuti testari adhuc possunt codices in nonnullis coenobijs in hoc accurate descripti. Porro quod castigator noster Hi. placita noluerit seq in oibus, non sine prudenti cōsilio nec sine certa ratione ita uoluisse, credēdū est. Videl enim quēdā per ipsum adnotata taxatāue, quæ non magni cōsēt momēti: et q̄ parum aut nihil fracerent ad integratam sensus. Videl ipsum interdum non satis esse dilucidum, ut dum legit, Nemo aduersum uos brauium accipiat, uolens in humilitate mentis uel sensus, et religione angelorum: in epist. ad Col. cap. 2. Sic enim aliquid scribit. Animaduertit eundem reprehendisse quedam rationibus non satis solidis: ut dū in utraq; ad Thebes. uiciose legi dicit Syluanus pro Silas, ex illo argumentum sumens, quodim Act. apo. syluani nulla fiat mētio. Iudicauit fortasse, ut alij nonnulli, inter quos fuit et Aug.) eundem Hiero. in carpēndis uerſionibus, alijsq; (quod citra tanti uiri iniuriam dictum sit,) iusto fuisse liberiorem p̄cipitanteremq;. Deniq; probile est q̄ non omnia uidetur, que cung; in suis passim scriptis

Vide. li. cont.
louisi.

AD LECTOREM.

12

scriptis admonet Hiero. atq; ita factum est, nt ab ipso disidēs, ea uel reliquerit, uel de suo posuerit, que indicauit accommodatissima. Que fere usque adeo sunt germana et apposita, ut p̄fident non modo ijs que scribunt Tertullianus, Cy. Hila. Amb. Ruffinus Aug. uerum etiam que ipse interpretatur Hiero. Ut exempli gratia: rectius habet quod nobis legitur 2. Co. 4. Quod in p̄senti est momentaneū, et leue tribulationis nostræ super modum in sublimitate, et ternū gloriae pondus operatur in nobis: q̄ quod Tertul. scribit. li. de resur. carnis, Quod ad p̄sens est tempore, et leue pressuræ nostræ super gressū insuper gressum eternū gloriae pondus perfici in nobis. Rectius est. Quā. n. luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habētes damnationem quia primam fidem irritā fecerūt: i. Tim. 5. q̄ quod scribit Cypri. lib. ad Qui. ri. 3. Quā. n. indelicatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes iudicium, quia primam fidem reprehēbauerunt. Aptius est, Sapere ad sobrietatem. Rom. 12. quād quod uult Hiero. sapere ad pudicitiam. Aptius est, Ne quis uos decipiatur per philosophiam, Col. 2. quād quod legunt Cyp. Am. Hiero. ne quis uos de p̄detur. Aptius est, Et illuminabit te Christus, Eph. 5. q̄ quod habet Au. et cotinget te Christus: et q̄ Amb. cotinges Christū pro quo aptū Hic. Et erit tibi Christus. Rectius est, Cresc. in ipso per eū, Eph. 5. q̄ quod idē Hiero. cū Am. legit, auget amus in ipso om

PROLOGVS

Nisi Rectius est, quod colitur, 2. Thes. 2. quam quod Hieron. scribit religio: atq; ita innumera alia. Quis autem hanc latimæ uersionis reparationem fecerit, & quo nam tempore sit ecclesiæ autoritate comprobata ac recepta, omnino incertum est. nisi quis forte receptam putet tacito ac longo uniuersalis ecclesiæ consensu: aut certè sub papa Gelasio circa annum do. 495, quod is libros & scriptores catholicos distinxerit ab apocryphis: multaq; ediderit ac statuerit ad cultum pertinentia ecclesiasticum, quemadmodum & incertum est, q; uel qui sint uersionis ipsius auctores. Nam totius noui instrum. unum atq; cundē esse interpretē, non mihi fit uerisimile, tum ob alia, tum quod in Act. apo. sermo fit q; in ceteris non paulo prior atq; elegantior. Nec ignoramus idem factū esse & ab ipso Luca, sed qui similiter huius dunt: axt operis, atq; unius euangeli, non etiam ceterorum scriptor sit. Si quis autem scire cupiat quando, & à quibus hæc ipsa uerbio cooperit usurpari: ante omnes, hac ne cdum tamen recognita usi sunt primarij illi romane sedis antistites, Anacletus, Euaxtus, Alexan. Xistus, Hyginus, Marcelli. ceteriq; succedentes, quoru epistole & decreta in uolumine extant celiiorum. I. idq; mox, aut non ita diu post tempora apostolorum: nisi quod uerbio Actorum apostoloru & Apocalypses, sicuti posivemo loco edita uidetur ita tandem prioris papæ Vrbano anno, imperij Chri

stiani

AD LECTOREM.

15

stiani 220: posterioris uero Ambrofio & Ticonio circa an. dom. 380. primū in usu fuisse uidetur. Nam qui hos præcepit Cyprianus (& si qui sunt alii) diversam editionem sequutus uidetur. Et quanquam dictæ epistole scriptæ fortasse fuerint idiomate græco, propterea quod ea lingua tum fuerit uel latinis satis nota tritaq; ut Clementi & Lino: quodq; ipsorum autores nonnulli græci etiam fuerint natione, ut Anacletus & Eua, uerisimile tamē nō est, quin mox ab ipsis per suos interpres literariosue, aut ab alijs curatum sit, ut eadem epistole haberetur etiam idiomate latino: maximè quum plereq; omnes scriptæ sint non ad personas singulares: non ad solos Atbencensis: sed ad fratres omneis, uel ad ecclesiias seu fideliis omneis (unde & catholicæ dictæ sunt) uel ad certas prouincias easq; potissimum latinas: uel peculariter ad regionis alicuius episcopos, id est, pastores. Et ut donemus nonnullos dictorum summorum pontificum scriptissime græce, neq; mox ueras fuisse ipsorum epistolæ, quis adfirmare pariter de omnibus idem audeat, quotquot fuere ad tempora usque Cypriani aut doctorum aliorum, ut ex hoc Cypri. ipsum, aut alium quempiam ex ueteribus scriptoribus latinis hac in re dicamus fuisse primum. Sed si q; perficiat, quam sibi ac nobis successio illa summorū pont. tam græcorum quam latinorum continuo fere consentiat: & rursus quam multa sint, in quibus pri-

B S sci illi

PROLOGVS

Sci illi scriptores quamuis probati, et à se mutuo, et pariter discordant à nostris fatebitur nisi fallor, et uulgatam ecclesiæ versionem in usu semper fuisse in urbe seu ecclesia romana: eoq; ab ipsa quasi p manus traditi ad nos usq; dimanasse: et quotquot fere fuere scriptores alij annis à Christo plus minus 400. trās Iстiōibus usos esse diuersos diuersis, aut pro suo quē que sensu mutatis, quaquam interim consentiētibus in multis, ut binc etiā diuinari posit alias factas esse ex alijs. Quin et hoc ipsum quod prædicti papa grecè scribentes, longè propius cū nostra consonat lectio ne latina, quam grecorum lectors posteriores, argumentum est magne in nostra synceritatis atque antiquitatis, et cōtra insynceritatis in grecis. Inter eos autem qui ipsa uersione, quoad totum instru. no. usi sunt, iam plenè recognita iamq; in orbē promulgata, primus nisi fallor fuit Eucherius epis. Lugdu. si exti colligere est ex ipsius lucubratiōibus: pricipue autem ex li. formularium intelligentie spiritualis. Et ex li. quest. no. Testa. nisi quod paucissima quedam secui adducat, ex citatione ut puto scriptorum præcedentium. Cuiusmodi est illud quod in fine commentariorum in lib. reg. adducit ex epistola be.

Pau. ad Timo. 1. cap. 2. Volo ergo primum omnis un fieri deprecationes, orationes, interpellationes: Deinde quod aliquoties non ita adfixus et curiosus adhucreat uerborum folijs, uerbis utens cum

In'ers

AD LECTOREM.

14

Interprete nostro uicinis: que libertas communis illi est cum omnibus fere veteribus: ut quum in Gen. cap. 9. illud Pau. ad Ephes. 2. ita scribit. Qui erat illo tempore sine Christo, alienati à societate Israël, et peregrini testamentorum. Claruit autem hic Eucherius sub grauestantem iam ætatem et post excessum bea. Hieronymi, circa annum Domini 390. In epistola enim parænetica ad Valerium indicat se eandem scriptisse, quum in Italia, nimirum Bononie episcopum ageret Petronius, qui fato concepsit anno 385. Et in prefatione prioris libri instructionum, meminit Hilarij qui tum summus fuerit pontifex, qui in uolumine sumorum pont. scribitur anno 463. Hilarius primus. Illud autem hic admonendum, in huius libris deprehendi multa sparsim inserta ex scriptis beati Gregorij: que planè ambigere me fecere, ne forte ipse Gregorio fuisset posterior. Verum quum diligenter intueror et dictionis diuersum in huiusmodi filum, et personas uel ad quas uel de quibus scribit: ad bac dum catalogos euoluо discutioq; scriptorum illustrium, non quoconliud reprehendere certius, quād Eucherium ipsum fuisse ante Gregorium, et quicquid est Gregorij aut alterius, id tandem adsutum fuisse ab alio quopiam, quod fortasse Eucherius uideretur iusto succinctior. Que autem sint illa adiecta

PROLOGVS

adieclitatis, ipsa prodit Gregorij phrasis tinitu gat
dētis uocū eodē in colis et periodis definitibus. Quā
qua subdubito de epistola paræneticā ad Valerianū,
ne forte nō sit eiusdē Eucherij, tū quod tanta eloquē
tie maiestate cetera omnia ipsius scripta excellat:
tum quod mihi mentio fiat anni qui tum uertebatur
ab ortu regni Octauij cæsarī cœlestini 85, supra mila
lejum. Non ausim tamē bis solis argumentis ne-
gare eſſe eiusdem, maximē quum reclamet contem-
poraneus huic (de quo super) Petronius: & huius
epistole mentio apud Gennadium: & quum uir eru-
ditus & eloquens facile potuerit pro ratione tempo-
ris, argumēti, persone, uel alius rei elegantior eſſe in
hoc, quām in illa: ut sileam interim sufficiōne de cor-
rupta scriptura. Redeo nunc ad institutum. Eodem
tempore usi sunt eadem dicta uersione Saluianus E-
piscopus Maſylilēsis, Leo papa hoc nomine primus,
& Proſper Episcopus Rhēginēsis: & nō longē post
Petrus Chrysologus, Fulgerius, et Gregorius magnus
quorum uel postremus ante annos claruit nōgentos
50. Idē quoq; ante hos circa Euche. tempora fecisse
apparet & Augustinū in ſuo Speculo. ubi magnam
ponens partem ſacrorum bibliornm, uix uſquam à
noſtrate lectione discrepat; uerum quum id nusquam
faciat, (quod equidē meminerim) in scriptis suis alijs,
niſi ubi uerba euāgelica traxit, ut in li. de conf. euā.
infuſiōne uocor, contextum inibi tandem eſſe mu-
tatum

AD LECTOREM

15

tatum ad ſirmam translationis antiquæ iam reparata-
tæ, que recipi & inuulgari eccepit ſub ipſo ni filior
Aug. Proinde quia prædictorum patrum alij uoſtra
uerſione recens edita, alij tandem recognita, iamq;
ab ecclesiā aut certe uulgo recepta uſi ſunt ſere prio-
res, quādo magna adhuc erat in ipſa ſinceritas, poſt
habitū uerſiōnibus ceteris: que teſte Auguſtino Li.
de doctrina Christiana 2. cap. II. multæ olim fuerunt
& diuerſe: id eo hoſi ipsos, ubi conſuli potuerunt
ad reperanda que uel temporum lapsu, uel librario-
rum incuria inſtituae, uel grecorum codicūm conta-
minatorum occaſione, uel correctorum temeritate,
uel alio quoq; caſu uitiaſa ſunt, maximē duximus co-
ſulendos. Vbi uero nec bi nobis ſatisfaciebant, nec itē
alij ſimiliter probati & antiqui ſcriptores: imo ubi
etiam ſatisfacere fortaffe poterant, ad maiorē rei cer-
titudinem ad uetusſa conſugimus exemplaria: inter
que (preter alia que domi habuimus uon pauca) un-
iquiora celebrioraq; fuere. Biblia ſacra coenobij Gē-
blacēſis, eiusdē coenobij tria diuersa exemplaria qua
tuor euangelistarum: & unum exemplum epiftolas co-
tinēs apostolicas & Apocalypſim: quo etiam domi
uifus ſum: uolumē 4. euāgeliorū Caroli magni Aquiſ-
grani: codex Donatianicus Brugis: codex euangeli-
rum Elſtenſis in Geldria: codex Corſendoneſenſis
in Quempinia: codex aureus domine Margarite,
pridē Machlinia nunc ſcrutatus Binsij: qui omnes mi-

ta

PROLOGVS

re sunt retusatis. Illud tamen hic signanter decreas
nunus admonendum, nos omnino nolle ut quip-
pam ex hisce nostris censuris immutetur in offi-
cio ecclesiastico, et publica lectione ecclesiae; nisi
forte ubi est manifestus error scribarum: et nisi
id fieri decernat qui autoritatem habeat: scilicet ne per nos tale quid contingat, quale per
bea. Hieronymum contigisse refert bea. Augu-
stinus in epistola quadam ad ipsum, dicens ma-
gnun exortum fuisse plebis tumultum aduersus
episcopum seu pastorem quedam, qui ex Hierony-
mi interpretatione aliud quipiam ausus fuerit in
suo templo lectitare, diuersum ab eo quod oms-
nium erat sensibus memoriaq; inueteratum, et mul-
tarum etatum successionibus decantatum. Sed
est si eruditiores et schole non ignorant, si quid
ibi fecus pronuncietur quidem oportet. Quedam
enim satius est dissimulare ac tolerare ubi nullum
est detrimentum pietatis, quam cum tumultu tolle-
re. Sed neque in ipsis quidem Instrumenti edi-
tionibus quicquam mutatum iri cupimus, quod
non certis firmamus testimonij, nisi forte aliun-
de satis constet, ut ob id superuacaneum putaueri-
mus explorata probare. Quedam enim admis-
nemus et indicamus modo, non autem censemus.
Valere candidis lector; quem impense atque ex ani-
mo ap-

AD LECTOREM

16

mo appreco et obsecro, ut si quid reflissus ex-
ploratus, consummatius, aut habes solidum, nobis
uelis benignè communicare: nosq; in hoc studio,
si quod potes in publicam utilitatem

band dedigneris iuuare. Dyia

stemij Anno

1553.

EPANOR
THOTES SIVE RE-
S T I T V T O R L O C O R V M
 deprauatorum seu adulteratorum
 noui Testamenti, per Ta.
 Nico. Zege.

IN EVANGELIO SECVN-
 dum Matthæum cap. 3.

Matt. 3. 4.



*Ppropinquabit enim regnum cœlorū.
 Hic est enim qui dictus est.) Hoc pa-*
 cto hic locus scribendus atq; le-
 gendus est, ad imitationem be-
 Hieronymi, per cuius limam quatuor euan-
 gelia habemus recognita: quem sequitur be-
A.li. de conf. Aug. & alij. Nec obstat ὡγγηκερ τέροις præ-
eu.2. cap.12. teriti, quum præteritum hic ponatur vice in-
 instantis, aut iam iamq; certo futuri. Idem ar-
 guunt & verusta exemplaria.

D. *Venientem super sc.) Sic legendum iuxta co-*
 dices antiquos & Aug. potius, quam super
 ipsum, quemadmodum habent nonnulli co-
 dices noui: vt intelligas Christum conspexi-
 se descendenter in se spiritum san. Eadē ta-
 men reciprocatio etiā int̄ ipso intelligi po-
 test

IN MATTH. 17
 test sicut in scholijs dictum est, vt non ma-
 gni referat vtrum legatur.

Matt. 4. b.
H.in ref. c.q.
A.li. de conf.
eu.2. c. 17.

In capernaum maritima.) Quod hodiè ad-
 iunctum cernitur, in ciuitate caphar. iuxta
 Hiero. Aug. Opus imperfect. Theop. editio
 nēm græcam, & vetustos codices latinorum,
 redundat. Pro maritima, multi codices vetu-
 sti habent maritimam. Est enim græce non
 ēv sed ēiç.

Trans iordanem galilee gentium.) Populus. *C.*
 Nonnulla exemplaria sic distingunt, trās ior-
 danem galilææ, gentium populus &c. verum
 hanc distinctionem non inuenio apud ex-
 planatores veteres: nisi quod in Theop. ita
 scriptum visitur, trans iordanē. Galilæa gen-
 tium populus: qui sedebat.

Cum maledixerint uobis(homines:) & dixerint *Mat. 5. b.*
omnē malum,(ἔπειτα uerbum.) Clemēs papa scri-

ptor omnium post apostolos primus non
 addit has voces, homines, & verbum: neque
 Chrysostomus in epist. ad Ephe. c. 4. neque
 Aug. li. de ser. do. in monte: neq; exemplaria
 latinorum vetusta: neq; commentaria Bcdæ
 inscripta. Sol' inter veteres autor operis im-
 perfecti vtrunq; habet: nam apud Hiero. in
 commenta, & Chry. à scribis adiectum pu-
 to, homines.

C. ep. ad la. 15.
n.

Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ue- *B.*
C. niens

niens offeres mu.t.) Probabile est modum imperium, & hic & apud explanatores mutatum esse in infinitum, errore librariorum. Græcè enim est διαλλάγειν, reconciliare, & πρόσφερε offer. Vnde reconciliare adhuc extat apud Chry. in vtroq; opere in Mat. & in nonnullis biblijs: & offer apud Aug.

*A.de ser. do.
In monte.*

Diligite inimicos uestrros.) Quæ sub hæc verba in græcis subjiciuntur, ἐν λογίτε τοὺς καὶ ταρφμένους ὑμᾶς, à studio quopiam, ex Lucae ca. 6. huc translata sunt. Nam neq; Chry. hæc particulam addidit, nec Hie. vt ceteros fileam. Vnde constat Theophylactum qui eam legit mendoso usum esse exemplari: id quod evidentius etiam constare potest ex eo, qtd supra ca. 3. vbi legimus, ipse vos baptizabit in spiritu san. & igni, illud &, igni, prætermittat: quod sanè Chrys. alijq; antiquiores prætermittendum non esse, sua ipso rum lectione atq; elucidatione manifestant.

Mat. 6. A.

Ne iusticiam.) Recti legeris τὴν δικαιοσύνην, iuxta antiquiores interpretes, quām τὴν ἐλεημοσῶνην. Nec mirum quod Chrys. vtrūque scribat interpretando, attendite ne eleemosynam, & attendite ne iustitiam: sentit enim christus in primis de iustitia, quæ sit per eleemosynā, vt ipsa sermoniseriē intuēti manifestū esse potest. De Theo. modo dixim.

Qui;

Qui uidet in abscondito red. ti.) Quod his A. subiungitur in græcis duntaxat, εὐτῷ φανερό, id est, palam primo videlicet loco (nam predicta verba tertium repetuntur) di. Aug. testatur se in græcis non inuenisse, sed tantum in aliquot latinis: atq; ideo tollendum est. Secundo loco apud Chrys. & in Opere imper. additum reperio: tertio vero, apud nullum authorem probatum, sed nec in editione complutensi.

Sicut ethnici f.) Faciunt, non habetur qui- B. dem in græcis, nec in latinis antiquis: inueni A.li.de ser. turtamen apud veteres scriptores, nomina- do.in mo. 2. tim Hiero. Aug. & Chry. in opere vtroq;.

Panem nostrū sup substantialē.) In precatione dominica, vulgo legim⁹ cotidianum pro su persubstantiale, quod verbum nō ex hoc loco, sed ex Luca sumptū est, vt ne fortè mīreris diuersitatem. Επιούσιος autem vtrunq; declarat, cotidianum & supersubstantiale, siue supereffientiale: quod nonnulli etiani crastinum interpretatur: nam & vox habrai ca ΤΑΡ quam di. Hiero. testaſ se repperisse in euangelio, quod inquit appellatur secundum hebr̄os, & quod alibi euangclium Nazarenorum vocat, crastinū declarat. Ex qua Hieronymi adnotatiōe, colligi potest, euangelium illud hebraicum, quod nuper Mun-

C 2 sterus

EPAN. NICO. ZEG.

sterus euulgauit, non esse idem de quo Hiero. meminit: nā in hoc νό^{τον} βύ^{ρον} sed γράμμα scriptum est. Idem quoque manifestius arguitur, tum ex alijs tum ex ijs quæ scribit super illud Mat. 12. Tunc ait homini, exten de manum tuam: vbi sic scribit. In euangelio quo vtuntur Nazareni & Hebionitæ, quod nuper in græcū de hebræo sermone transflimus, & quod vocatur à plerisque Matthœi autēticum: homo iste qui ariam habet manum, cémentarius scribitur: istiusmodi vocibus auxilium precans. Cémentarius eram manibus victum queritans precor te Iesu, vt mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendi cem cibos. Quæ sancè verba in istoc euangeliō prorsus non habentur.

A malo. Amen.) Bea. Hiero. addit& exponit amen. At non Aug. nec opus imp. nec Pet. Chry. nec multi codices antiqui. Libentius tamen sequor Hiero.

- B. Scriptū est: Dominū Deum tu.) Ante hēc verba, tollēda est ea particula, ὃ πάγε ὅπισσα μῆτε ταῦτα, vade post me satana: ut pote cui⁹ nec apud Orig. nec apud Amb. vlia mentio sit, quū tamen vterq; trinam hanc tentationem diligentissime explanet. Sileo veteris nostri interp. fidem, Bedam & multos alios.
- C. Spiritus Domini super me: cu: angelizare pau. misit me: sanare cōtritos corde: prædi. cap. remis. &c. eis uisum: dimit. confrac. in re. prædicare an. do. ac. & diem retribu.) Adducit hunc locū Hieron. enarrans Iesa. cap. 41. Interpretātur eundem diligenter Orig. atq; Amb. verum apud nullum horum, duas hafce particulas reperio, sanare contritos corde, & diem retributionis: quarū posterior etiam, in græco abest euangelij contextu. Vnde cōijcere licet, vtramq; particulam ab aliquo adiectam, qui vidēs apud Iesa. plus aliquid, crediderit hic incuria prætermissum: aut certè qui voluerit prophetæ testimoniu reddere absolutū, reliquis fortasse primū ad marginē adnotatis. Apud Orig. vīstur quidem, vel in medio insertum cōmentario, illud & diem retributionis, sed perperā: nam nec explicatur: nec in sequentibus

tibus cum alijs clausulis repetitis repetitur. Aug. li. de confen. euā. 2. ca. 42. adducēs hūc locū, omittit similiter sanare cōtritos cordē: sed addit in fine, & diē retributionis, quē sequitur & Beda. Quia tñ haec tenus in omnib⁹ hoc inueni codic. nostris, verisimile est, adiectū tādē fuisse ab eo, qui post Hier. correcto rē egit noui Testamēti, cū autoritate eccles.

Tulit (lectum) in quo iacebat.) Lectum abeit, et *Luc. 5. E.* græcis & latinis antiquis, & apud Bed.

Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum.) Nescio an hoc adpositū fuerit ab ipso euāgelista, primum qđ simile huic subijciaſ, & repleti sunt timore di. quia vi. &c. deinde qđ adscriptū nō sit in cod. corsen. nisi in margine. Apparet quoq; nec Ambr. hoc lectū fuisse, dū scribit, iudicos diuini operis miracula maluisse timere, qđ credere: neq; quicq; membrinū de stupore & magnificato Deo.

Et restituta est manus ei.) Illud ὑγιὴς ὡς ἡ ἀληθ., *Luc. 6. B.* sana sicut altera, ex Mat. huc trāspositū esse, sicut & in Marc. vel hinc cōijcere licet, qđ nō perinde aptē apud istos cohæreat sermo, vt apud illū, ubi scriptū ē, ἦ απειγότεσάθ, alias *Mat. 12. B.* ὑγιὴς, ὑγια, ὡς ἡ ἀληθ., (sic enim legendū arbitror iuxta Chry. & Hieron.) & restituta est sanitati sicut altera.

Et maritima (et) Ty. & Si.) Gr̄. nihil habet scru puli,

puli, καὶ τὸν πολὺ τῷ λαῷ, ἐχόπασις
τῆς ἵδαιας, οὐτε τῆς παραλίας
τύχος, καὶ σιδῶνος, & multitudo copiosa popu-
li ab omni iudea & hieru. & à maritima tyro
& sidone: vel maritima(ut subaudias regio-
ne)tyri & sidonis. Siquidem tyrus & sydon
maritimè sunt ciuitates, hoc est mari magno
vicinæ. Porro in vulgata, versione subaudi-
ri potest, maritima multitudo & tyri, scilicet
& sidonis: nisi forte interpres scripsit, mari-
tima tyri & sidonis, citra copulam ante tyri:
sicut tandem scriptum reperimus, in editio-
ne complutensi: in exempla. corsen. & in
codice gemblacensi, nisi quod hic quidam
adiecerat et.

a. D. Faciebant Pseudoprophetis.) Ita legendum lo-
E. co posteriori. Vide scolia. in maxil. (vnam)
præbe (illi) & alte. Duæ voces vnam & il-
li, nec apud Be. sunt, nec in græcis, nec in ali-
quot latinis.

F. Perfectus autem omnis erit, si sit, sicut mag. eius.)
Quum ita nimirum, si sit sicut magister ei,
côstanter habeant exemplaria, suspicor vul-
gatum interpretem leguisse, κατηγραμένον
de πᾶσι ἔσαι, ὡρῶν οἱ διδάσκαλοι αὐτοῖς, aut
certè ὡρῶν particulâ subintellexisse. Quinimo
& Beda & Theo. in catena citatus, vtcūq; redi-
diderit is, qui nuper ipsum transtulit, aut po-
tius

tius translatum olim restaurarit, nobiscum
legunt, si sit. Atqui quod recentiores legūt,
perfectus autem omnis erit, sicut magister
ipsius, haec tenus apud veteres nō repperi, ni
si apud vnum Ireneum: verum ipsius inter-
pres (nam ipsum græcè scripsisse, non uno
probari potest argumēto) id reddidit, quod
vñsum fuit.

Tribem non uidens.) Hipocrita. lege non vi-
des sed vidēs. iuxta Bedam & codices quoſ-
dam antiquos & græcos.

Saluaret seruum ei.) Non magni refert, sana *Luc. 7, A.*
ret ne legas cum Augustin. & iuxta codic.
multos, an saluaret cum Pet. Chr. & Beda, &
iuxta codices pauciores, nisi quod saluareret,
magis accedit ad sonū vocis græcæ διασώσῃ. G.

Ait autem dominus. Cui ergo similes.) Illud ait *Luc. 7, E.*
autem dñs, nescio an sit ipsius euangelistæ,
propterea quod multi codices & Beda non
habent.

Et capillis suis terfit.) Huius loco græci, & ali *G.*
quot codices lat. habent capillis captis sui ter-
fit: sed Amb. & Be. prius legūt: Chrysologus
posterior, ser. 94. D.

Per ciuitatem & castellum.) Sic habes in Be-
da, in græcis & latinis antiquis. *Luc. 8, A.*

Non poterat adire eū.) Caeve legas audire eū:
est enim οὐωτυχῆς, hoc est cōtingere vel adi-
re, nō

EPAN. NICO. ZEG.

- D.** re, non ἀνέστη, Adstipulatur codic. antiqui.
E. Et compellebantur.) Lege complebatur iuxta græca & nostra vetera exemplaria, vt subaudiatur aquis, συνεπλήσσετο. Quidam codex habebat, cōplebatur fluctibus nauicula.
F. Vir quidam.) Additur in Græcis, εκ τῆς πόλεως εἰς ciuitate: verum apud Amb. & Augu. non reperio: sed nec in illis exempl. latinorū.
G. Ipse autem.) Quod hic in græcis adjicitur, εκβαλλώμενως από τας, eiectis foras omnibus, quoniā nec apud Amb. nec apud Bed. (vt veteris fidē interpretis fileam) reperiī, ex alijs euāgelistis hoc transcriptū cōstat: id quod alias passim factum deprehendere licet.
Luc. 9. 5. Et discubuerunt omnes.) Nonnulli restituūt ad amissim græcam, & discumbere fecerūt omnes: sed quum præcedat, & ita fecerunt, quod est, discumbere fecerunt turbā, rectius censem, si legamus iuxta exemplaria vetera, discubuerūt: codex tñ aureus, discubere fecerunt, habet, atq; item alijs quidam.
C. Donec videant regnum Dei.) Videant, habent græci, & cod. anti. Beda contra, videat habet.
F. Sinite eos, & nolite prohibere.) Sic inuenio in Amb. & nonnullis cod. etiā vetustis, nominatim in corsendo. sed illud, finite eos &c, adsumptū esse, arguit primum singulare illud, quod p̄mittitur, prohibimus eum &cæ.

quum

IN LVC.

40

quum hic sit eos: deinde lectio græcorū, Bede, & multorum codicum aliorum.

Septuaginta duos.) Græcis ἐβδομάκοντα 70. Luc. 10. 41 tantum numerantur: vtrum verius, ambigimus: nisi q̄ scripture confuetudo sit, minorē numerum interdum negligere.

Exultauit in spiritu sancto. Sic inuenio in vertutis & apud Au. de cons. euan. & Bed. con. græcos, & neotericos, nisi q̄ Beda omittit, in.

Suscipiens autem.) Caue legas suspiciēs, quē admodum multi mendose. Suscipiens autē, ad verbum reddidit interpres, pro excipiēs, & loquendo succedens.

Pater sanctificetur.) Tenor huius precatiōis Luc. 11. 4 apud Lucam idem fere est, in huius etatis codicibus græcis, qui apud Mat. (nisi quod coronis illa, ὅτι οὐτε ἐστὶ &c. non adjiciatur) quū nobis hic nō pauca verba desint, nempe, nostri, qui es in cœlis, fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, sed libera nos à malo. Verū hæc suspicor, à studio quo piam ex Math. cap. 6. huc transcripta, vt precatio esset integrata. Quod genus augmentationis, compluribus locis deprehēdimus apud græcos. Beda cum nostra lectione consentit.

Et si perfeuerauerit pulsans, dico uo. & si non.) Desunt in græcis hæc verba, & si perfeuerauerit pulsans: verum ex Ambrosij cōmenta. & August.

EPAN. NIC. ZEG.

Aug. sermone de verbis domini 29. & Beda
liquet, hæc nequaquam esse superflua aut o-
mittenda. Vnus tamen inter veteres Petr.
Chry. concordat cum græcis, sed 39.

B. Cum eiecisset dæmon. Quum græcè sit ἐξέλε-
θόντος, verisimile est interpretem scripisse,
ex ieiſſer, idq; errore scribarum deprauatum,
in eiecissenſe, propter illud præcedens, erat e-
iiciens dæmon.

D. Inuenit (eam) scopis mundatam (et ornatam.)
Eam &ornatam, non inuenias apud Bedam:
nec apud Smarag. nec in codice corsend. &
alijs nonnullis contra græcos. Quinimo Be-
da adnotat, ornatam esse Matthæi.

Ione (prophetæ.) Hoc, prophetæ, nuperam
esse adiectionculam arguunt lectio Ambro.
Bede, & codices paulò uetusiores.

E. Salomon hæc.) Videri poterat aurium erro-
re, δὲ hic, in ὃδε hæc deprauatū, præfertim
quum eiusmodi lapsus, in huius euā. ca. 16.
repertus sit, in eo quod dicitur, hic consola-
tur: sed maior est, tum hoc loco, tum Matth.
12. exemplarium concentus, quām vt proba-
ri possit. Vnde equidem puto ὃδε poni, pro
ὅδε, ita tamen, vt & personam indicet, & ni-
hilominus etiam locum commonstret. Atq;
hac ratione poterit et alter ille citatus locus
incolumis cēseri. Pro plus quām Salomon,

Beda

IN LVCA.

41

Beda & codex corsend. habent plus salomo-
ne, & itidem si recte memini, legi etiā in co-
dic. corsen. græco, nēpe ωλεῖον σολομῶντος.

Calicis & catini.) Vtrung; scribendū iuxta F.
græca & latina antiqua, cont. recentiora: &
iuxta Amb. & Bedam.

Inſistere, & os cius opprime.) Vide scholia. G.

Turbis concurrentibus.) In vetustis cod. est, Luk. 12. 4.
circumstantibus. Græcè est ἐπιστραχθείσης,
id est, simul aggregatis.

Querite regnum Dei, & hæc oīs adjic. uo.) Reli- D.
qua verba, nēpe primū, & iusticia ei⁹, ex alio
euangelista his inserta sunt, vt liquet ex mul-
tis exemplis Amb. & Bed. & ex editiōe græc.

Lucerne ardentes (in man. ueſt.) Ne mutilatū E.
esse putas contextū græcanicum, dum vides
abesse, in manib⁹ veltris, scito idem, nec Cy-
priano lectū fuisse, vt patet lib. aduersus iud.
2. cap. 18. nec Am. nec Aug. lib. de continentia
ca. 7. nec Chry. homil. in Mat. 15. nec Smar.
neinde & correctoria quedā indicat, hoc ad
ditū esse à bea. Gregorio: id ꝑprobant vetu-
tissimi codices, etiam missales, in quib⁹ nō
est. Hæc tamē adiectionē in hoc crediderim
factā, vt sic recitaretur in tēplis, non vt habe-
retur, veluti Christi ore re ipsa expressum.
Quin & ipse Gre. in Job. cap. 38. diēta verba
nō addit. Est tñ & alter inter veteres, Grego.

F. ḡo

rio non paulo antiquior, qui Pet. Chryso,
etiam hoc verbi, & adiicit & enarrat ser. 22.

C. *Nisi ut accendatur.*) Grecè est, εἰ ἡδὺ κανέπει
si iam accensus est, ad stipulantibus Hilario
in Psal. & Paulino epist. 2. ad Delphi. sed re-
ctius arbitror, ut legamur εἰ μή κανέπει, quo-
modo habet apud suū interpretē Chrysos.
z. Stomus homi. in Matth. 6. Amb. & Hieron.
Ad sensum tamen cōmodius est, quod scri-
bit Maximus, & q̄ volo vt ardeat. Beda & co-
dices vetusti ferē habent, nisi accendatur,
Chrysologus addit vt, ser. 164.

C. *Pacem ueni dare inter.*) Sic scribunt antiqui,
tum explanatores, tum codices: excepto Pe-
tro. Chry. qui legit mittere, ut est in Matth.

C. *Duo in tres diuidentur.*) Ut sit consensus cū
gracis, poteris ad hunc pronunciare modū,
iuxta quendam, duo in tres. Diuidet pater
in filiū: nā ita distinguit Pet. Chry. ser. 164.

Luc. 23. C. *Vocauit (cum) ad se.*) Eam redundat, iuxta
exemp. antiqua & greca, & Bed.

Luc. 23. B. *Quām super nonaginta nouem iustis.*) Pro q̄,
Grecis est unica literula η, quæ si acuatur, &
cum tenui spiritu scribatur, significabit q̄, vt
sit magis, q̄ de nonaginta iustis: si verò circū-
flectatur cū spiritu aspero, signare poterit,
quēadmodū id quod magis quadrare videt,
propter p̄missam particulā οὐτως: vt sit, sic
gaudium erit de uno peccatore resipiente,

quemadmodum de nonaginta iustis, &c.

Et euertit domum.) Σαρποι, i. verrit: atq; hinc Bi:
augurari licet, interpr̄te ipsum scripisse, euer-
rit. Nā & B. Grego. hom. in euág. 3. 4. indicat,
in quibusdā, emūdat, scriptū fuisse, quō ha-
bet B. Amb. in ope epist. 1. Atqui euerrit scri-
ptum dephendit, apud Gregor. antiquiore p. ser. 162.
Petrū Chrysolo. Postq̄ oīa cōsumpfisset. C.
Vetusq̄ codices ferē habent, cōsumpfisset.
Beda legit dissipaserit: & ita castigat Henric⁹
Gra. Mihi magis probaſ cōsumpfisset, q̄ ita
scribat à Petro Chry. autore antiquissimo.

Quantū mercenarij (in domo patris mei.) Nolim
autor esse truncadē in ecclesiastico cultu le- D.
Etiōis, tñ sciri optarim in domo, nō legi à ve-
terib⁹ Amb. Eucherio in Gen. c. 28. Petro
Chrys. ser. 5. & Beda: sed nec haberis exépla-
rib⁹ vel Gr̄c̄is, vel Latinis antiqs. Apud Aug.
li. q̄s. euā. in uenit, sed p̄ scribas id factū puto.

Audiebat aut̄ hæc oīa Pharis. q̄ cr. auā. & deri. cū.)
Interps quo sensus effet aptior, Greci sermo **Luc. 16. c.**
nis characterē, q̄ in copulę anticipatiōe situs
est, p̄b̄ cōmutauit. Nā quod ibi ad verbū di-
cit̄, audiebat aut̄ oīa h̄c, & Pharis ei auari exi-
stētes deridebat eū, resoluēdū est, audiebant
autem omnia hæc Phari. &c. Idem fecit &
paulo inferius, vbi pro eo, quod est καὶ ἐτά-
ψι, καὶ ἐπ τῷ ἀδη ἐπάρας τοὺς οὐραλμους

EPAN. NICO. ZEG.

αὐτὸς ὑπάρχωμ, &c. ita interpretatus est. Et sepultus est in inferno. Eleuans autem, &c. Hoc genus est & illud Marc. ca. 9. Surge, & muto spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo.

F. Et nemo illi dabit.) Hæc verba nec apud veteres, nec in græcis reperiuntur exempl. nec in latinis anti. sed huc transcripta sunt ex filij prodigi historia, quæ habetur cap. præcedenti. Apud Chrysol. adiecta visuntur, sed à librarijs, vt ex sermone 124. cōijcio. Smaragd hoc longè posterior non legit.

Luc.17.4. Sippeccauerit in te frat. tu.) In te, non inuenio in multis cod. vetustis, nec in commentarijs Bedæ. Extat tamē apud Amb. & peculiariter etiam enarratur: & apud Pet. Chry. ser. 139.

B. Pascentem.) Quod adjicitur boues, nec Cypri. habet lib. ad Quirin. cap. 51. nec Chrysolog, nec codic. ipsi, vel græci, vel latini. Vnde apud Au. lib. quæs. euān. 2. puto à scribis esse additum.

G. Due molētes in mola, una as. & alt. re. Post hec deest in græ. tertia particula, δύο εἰ τῷ αἴγαρ, οἱ ἔτι παραληφθήσεται, ή οἱ ἔτερος αἴθησται, duo in agro &c. quā (probabile est) librariorum oscitantia omissam, qui fere labi solēt, quoties plures occurrunt sententię transscribendæ, eo dē sono aut verbo desinentes. Nā & apud Am. hæc particulā inuenio, similiter

&c

IN LVCA.

43

¶ apud Au. li. quæs. euā. 2. ca. 44. & apud Be.

Amen dico uobis: descendit.) Amen, non lego *Luc.18.C.* nisi in paucis, eisq; parum fidelibus.

Quare ui. Ie. (qu. cf.) Pe. Chry. nō habet ser. 54

Exegiſsem illud.) Illam potius legendum, iu *Luc.19.D.*

xta codices citatos ab Erasf. et Smar. Illud tñ excusari potest, quippe quod referre possit, q̄ posui: atq; ita primū scriptū fuīſe, manifestat rasura in aliquot vetustis: & lectio bed.

Omni habenti dabitur (& abundabit.) Et abūd. D. superfluū est, iuxta græc. & nostra exempl. vetustiora, & Bed.

Stantem pullum.) Nō est in græcis, sed in no E. stris tantum, adſtipulante Bed.

Oē turbæ dſcendentī.) Pro dſcendentī, le F. ge dſcipulorū, aut si maius dſcētiū, vtrūq; em̄ reperio in exempl. vetustis cō ſonantib⁹ & græcis, tamē ſi refrageſ Bed. dſcendentī tū legens, tum interpretās, ſed falsus, vt reor, mendoso cod. Dſcendentī aut, idem eſt quod dſcipulorū. Nā ſicut dſcipulus à dſcendo, ita μαθητὴς ἐξ ἡς μαθητέους dicitur. Et diſcēntes, pro dſcipulis frequēs vox eſt apud Tert. & interp. Iren. q̄ indubie antiquis. eſt.

Dixerūt (ei.) Magister bene dixiſt.) Ei, extra cō *Luc.20.G.* textū reiſciendū eſt, etiā ſi id libri habeant, q̄ hodiē habentur emendatiſſimī. Liqueſt hoc ex archetypo, ex Beda, ex codic. vetustis.

F 3 Terro-

EPAN. NICO. ZEG.

Luc.21.

Terroresq; de celo & sig.ma.cr.) Quidā resti
tuū terroresq; & signa de celo magna erūt,
sed contra codices anti.Bed. & Gregor. qui
etia admonet, in quibusdā addi tēpestates.

Luc.21.G.

Omnis populus manitabat.) Quum sit & ḡeḡ,
verisimile est interpretē scripsisse nō mani-
cabat, q̄ vox Latinis prorsus inaudita est, sed
manitabat, à mane & itādo frequētatiuo ab
eo, is: vel certè manizabat, efficta voce ad for-
mā vocis Grēcę. Ορθοίξω enim à diluculo di-
citur, & sonat ferē, quasi dicas diluculizo.
Vnde alij codices habēt diluculo veniebat
quod puto in contextū irrep̄isse, ex adnou-
tione explicante illud manitabat.

Luc.21.D.

Voces eorum.) Addunt Grēci καὶ τῶμ ἀρι-
χηγέωμ, & summorū Pontificū, sed super-
uacancē, vt appareret, propterea q̄ in voces eo-
rum, uel imprimis intelligantur summorum
Pontificum voces.

e. Et stabat populus.) Spectas vel aspeclās legē-
dum, nō expectas. Est enim θεωρῶμ. Nam &
vetusta aliquot exem. habent spectans.

Luc.21.A.

Portantes que par. irom.) Hic rursus Grēci
addunt, @ τίτλους αὐτάτης, & quādam vel
quidam cū illis, sed perperam meo iudicio.
Nā verisimile non est, viros fuisse, qui cū mu-
licibns venerint: & si fēminino genere il-
lud τιμε accipias, quum nullas nominatim
prius

IN LVC.

44

prius expresserit Euāgelista, quid opus erat
addere, & quādam cū illis? Apparet verò ex
sequentibus huc esse transpositum, ubi di-
citur, & cæteræ quæ cum eis erant.

pax uobis. Ego sum, nolite timere.) Desunt in ^{F.}
Grēcis modernis hæc verba, ego sum, noli-
te timere: & videri poterant adiectitia in no-
stris, nisi eadem & apud Ambro. legerentur,
& apud Aug. li.de cōf. Euan.3.cap. 25. & in
omnibus, quæ viderim, exemplaribus anti-
quæ versionis.

Et cū māducaſet coram eis, sumens reli. de e.) ^{F.}
Grēca secus habent, & minus quam nos.
καὶ λαβόμενόποι αὐτῷ ἐφαγεύμ. Εἰπε δὲ
αὐτοῖς, id est, accipiens coram illis comedit.
Dixit autem illis. Vtra autem lectio german-
ior, non satis constat: nisi quod Aug.no-
stram sequatur li.de cons.Euan.3.ca.25.

IN EVANGELIO SE-
CVNDVM IOHANNEM.



Enientem in hunc mundum.) Evidē ^{Ioan.1.4.}
nolim omitti, hunc, q̄ deprhē-
dam eam fuisse interpretis con-
suetudinem, vt non raro, prono-
mē loco articuli cōiunxerit, vocabulo mūdi.

F 4 Hec

Hec in Bethania facta sunt trans Iordan.) De lo-
ci vocabulo. Iohan. Chryso. non definitio-
nem sed opinionem proferens, quædam
ait, exemplaria veriora videntur, in quibus
Bethabara scriptum est. Meminit huius loci & Hieron. in catalogo locorum hebraic,
sed codicum varietas ac deprauatio obstat,
quo minus cōstet, quid ipse scripsit. Nam
in vetustioribus bethaiba: in recens excusis,
bethbaara scriptum cernimus. Verū quum
neutrius huius vocis in opere sequenti, vbi
hebraica & barbara nomina interpretatur,
vllam faciat mentionem, admodum proba-
bile est, ipsum bethania scripsisse, vt vulgo
hactenus habuit contextus euangelicus: atq;
ad distinctionē bethaniæ alterius, adiecisse
(sicuti & euangeliſta facit) trans iordanem,
vbi Iohannes in pœnitentiam baptizabat: vt
fileam interim, quod idē admonere consue-
uit, quoties corruptelam aliquam in voci-
bus deprehendit.

D. Ecce agnus Dei; ecce qui toll. pecc. mun.) Quæ-
dam exemplaria cum græcis tantum habet,
ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi: sed
Aug. ad imitationē, ni fallor, Hierony mi re-
cognitoris euāgeliorum, idē scribit q̄ nos.
Cyril. alterū ecce nō legit, in medio cōmen.
Pro nostra lectione facit Pet. Chry. ser. 50.

Filius

Filius Iona.) Ita est in græcis pariter & lati-
nis emendatis, iuxta illud Mat. 16. Beatus es
Simon bariona. In alijs cōtra est filius Iohan-
na, iuxta illud Iohan. 21. Simon Iohannis di-
ligisme? Sed prius illud per syncopen dici
puto. Vide supra Mat. 16. G.

*A Nazareth potest aliqd boni esse. Tot⁹ hic ser-
mo interrogatio esse potest: vel id solum, à
Nazareth? autore Aug. li. de doct. ch. 3. c. 3.* Iohan. 3. &

*Qui est de terra, de terra est, & de terra loqui-
tur.)* Hæc est germana scriptura iuxta græ-
ca, & exemplaria latina antiqua. Apud Aug.
autem & Chryso. a sciolo quopiam demuta-
ta est scriptura, qui est de terra, terra est, quā
quam sensus idem est. Et in codice corsend.
deprauator erasit medium illud, de terra est. Iohan. 4. &.

Per (medium) samariam.) Medium, redundat. D.

Quia uenit Mef̄ias.) Veniet legitur in anti-
quis & emēdatiſ latinis. Εγένεται enim præ
sensis temporis vox, nō nunquam pro futu-
ro usurpat: quod tempus hic magis qua-
drat, propter id quod sequitur, cum autem
venerit. Iohan. 5. &.

Est autem Hierosolymis probatica piscina.)
Alias super brobaticam piscina. Vtramq; le-
ctionem reperio: illam apud antiquos expla-
natores, quibus magis arbitror fidendum:
istam in vetustis exemplaribus & græcis, nō

F 5 mina-

minatim in codice Caroli magni, & donatia
nico. In tribus tamen exem. Gemb. habetur,
super probatica.

D. A. *Hebraicè Bethsæda.) Ita legendum, plenius
in scholijs docuim⁹. Bethsæda em̄ nū squam
inuenio nisi in græcis.*

B. *Iesus enim declinavit à turba constituta in loco.)
Augu. legit, Iesus autem declinavit in turba,
addens etiam (ad declarationem nī fallor) ab
eo. Græcè nec in habetur nec à, sed tantum,
turba existente in loco. Cyril. cum Aug. con-
sentit in explanatione, sed interpres textū e.
uangelicū illuc collocauit ex editiōe vulgari.*

E. *Qui in monu. fuit, audient uocem eius.) Cau-
pro eius, hic legas filij dei, ante, & procedēt.*

Johann. B. *Distribuit discumbentibus.) Græcè est διέδω-
νε τῶς μαθητῶν, οἱ δὲ μαθηταὶ τῶν ἀνακειμέ-
νοι, distribuit discipulis, discipul autem di-
scumbentibus, sed refragante Chryso. &
Aug. quare cætera ex alijs Euangelistis adie-
ctā evidentur. Ex Cyrillo & Theo. nil certi ha-
beri potest: nā in explicādo, hęc verba non
attingūt. Porro nudo textui illuc posito, nō
est tutū fidere. vt sileā interī q̄ addubit̄, nū
hic cyr. ille sit, qui vixit tempore Aug.*

B. *Panibus hordaceis. (Et duobus pīs.) Et duob-
piscibus, redundat in nostris, nec legitur in
cōdīcībus vel paulo antiquioribus.*

Gratias

*Gratias agentes Deo.) Alij legūt gratias agen- C.
te domino: sed priorem lectionē tantū apud
veteres reperio. εὐχαριστία τῆς θεοῦ.*

*Panis enim Dei (uerus) est, qui.) Verus, non le- D.
gitur à Chr. nec in codicib⁹ antiquis, nec in
græc. Aug. vero & Cyril. (vt videtur) legit, pa-
nis eius verus est.*

*Hec est n. uoluntas patris.) Bis habetur hoc E.
verbi, sed in priori est, autē, in posteriori, e-
nīm, iuxta Aug. Chry. & codicem Corſen. &
alios quosdam, cōtra editiones vulgarcis.*

*Qui effent (npi) credentes.) Et quidem malo G.
cum Aug. legere sine negatione, quām cum
græcis scriptoribus & vetustis aliquot exem.
Lat. cum negatione.*

*Ego non ascendō.) Sic Aug. & Cyril. At Chr.
& Theo. pro non, legerunt ὅντω, sed id pu-
to à sciolis fuisse demutatum, ad tollendam
absurditatem. Exemplar Corſe. & editiones
vulgares habent. ego non ascendam.*

*Ego scio eum: & si dixerō, quia nescio eum, ero D.
similis uobis mendax: sed scio eum, quia ab ipso sum:
& ip. me mi.) Per me non licebit hęc verba o-
mittere, & si dixerō, quia nesci. e. vñq; sed scio
eum, quę tamen & adulterina, è cōtextu sub
mouerūt castigatores Bibliorum neoterici,
propterea q̄ nec in græcis, nec in antiquis
quibusdā latinis, sed nec apud Au. nec apud*

Ruper-

- d.** Rupertum habetur. Verum quum scribantur, eoq; & explicitur à Cyrillo, & in multis extent. exempl. latinis etiam vetustis, vt in corsendon & enerbodiensi. consentaneum vero est, omissa fuisse à scriba oscitâte, etiam ante ætatem Aug. idq; occasione repetiti illius, scio eum: cuiuscemodi occasione, non vnuſ olin locus mutilatus fuit. Nec obstat, si eadem verba etiam habeantur in fine capituli proximi: nam huic apostolo solenne est, eadem nonnunquam repetere. Ex Chryso, nil potest haberi certi, vt qui totum hunc locum pretereat, nedum verba prædicta. Gemblaci vidimus exempl. in quorum nullo inuenimus.
- e.** Nondum enim erat Spiritus datus.) Quod nobis expresit interpres addens, datus, hoc in græcis subaudiendum, aut (quod probabilius est) etiam exprimendum, sublato etiam ἀγιον vocabulo: nam ita apud omnes repetitio interpres antiquiores, eoq; & apud Chry. interpretem, homi. in Mat. 33. ibi, uocans 12. discipulos: & homi. in Ioan. 28. apud Victorinum in Antidotario hære. & Didymum li. de spiritu san. 2. & Leonem pa. ser. 3. de pent: In nonnullis pro nondum, est non.
- f.** Sicut hic homo.) Ita moderni habent codices cum græcis. At Chryso. & Cyril. & aliquot

quot codices antiqui habet, sicut loquitur: nonnulli vero, sicut hic homo loquitur.

Scrutare scripturas & vide.) Scripturas, co- G. dexbrugen. & plerique alij non habent, respondentes græcis. Chr. & Theo. Aug. tamen & cyril. habent, probabilius tamen est adiecitum esse.

Non ambulat in tenebris.) Commodius est obens. K. quod cum Aug. habet exemplar. corsendo. non ambulabit, propter id quod sequitur, sed habebit.

Principium qui & loq. uo.) Nō quia δι, vt per D. perani quidam habent, legendum, sed δ, qui & loquor, quemadmodum magno concentu veteres legunt interpres, tum græci, tum latini. Vide Amb. li. hexa. i. c. 4. & Aug. li. de gene. ad lite.

Et non cognoverunt, quia patrem eius dicebat D. (Deum.) In vetustis manu descriptis codicibus reperio, & non cognoverunt, quia patrem eis dicebat, iuxta editionem græcanicam, nisi quod in hac desit copula, scribarum obliuione aut temeritate, vt suspicor, pretermissa: ibq; Aug. dilucidius extulit ad hunc modū. Non intellexerunt Iudei quod de patre illis diceret. Cyril. tamen, si bona fide traductus est, in medio commentario legit, eius dicebat deum. Quanquā addubito, num

num hic Cyril. idē sit, qui vixit tempore Au.
Ille enim latinè scriptus nō fallor, hic græcè.
Et Trithemius de commentarijs in Iohan.
nullam facit mentionem: sed neq; is quidem
qui Trithemium auxit.

- F. Quare(uos) non creditis?) Antiquiores tum
codices, tum explanatores: Au. quoq; & Cy-
ril. non addunt, vos.

- Iohann. 9. E. Confiteretur(esse) Christū. Sine esse, legendū.
In hoc 9.ca. & alias aliquot voculas iustuli-
mus ē nostris exem. quæ super adnotare nō
puto necessarium, nam plura etiam alibi pas-
sim præterimus.

- Iohann. 10. B. Et cognosco(oues)meas.) Græci omnes inter-
serunt, oues, id quod in codicibus Lat. non
inuenio: subauditur tamen.

- C. Potestatem habeo ponendi eam.) Pro eam, Au.
cum codice Corfen. habet, animam meā: sed
contra est in græcis.

- E. Quia non es̄tis ex oīibus meis.) Submouendū
à contextu quod in græcis duntaxat adjisci-
tur, καλῶς ἐποπέμψη, sicut dixi vobis, quip-
pe quod non inueniatur apud veteres, ne a-
pud Theo. quidem, quod ad explanatiōem
attinet.

- E. Pater meus quod de.mi.maius om.est.) De hoc
in scholijs dictum est.

- F. Suffulerunt lapides Indaci.) Sunt codices,
sed

fed pauci, qui interponunt, ergo iterū Iudejī,
iuxta Gr̄e, sed contra Au. Ergo tamen paſſim
adponitur, at non in vetustis.

Mariæ & Marthæ fororum eius.) Græcè est, Iohann. 11. A.
μαργδας τῆς αδελφῆς αὐτῆς, Marthæ fororis
eius, sup. Mariæ, sed dissentientibus veteribus
commentatoribus. Theo. pro græcis est, sed
hic non admodum vetus est: similiter & co-
dex Corſend. & Smarag.

Christus filius Dei.) Viui, nō additur ab Au. D.
nec à Chry. nec à Theop. nec in exempla. an-
tiquis. Et in eo quod sequitur, qui in hunc
mūdum venisti, nonnulli omittunt hunc, sed
cōtra Au. & alios. Petrus tñ Chr. vtrūq; legit
fer. 63. id quod fortasse scribis imputandū.

Oculos cæci(nati) facere ut & hic non mo.) E.
Absq; nati legendum, sed cum &, vt liquet
ex Aug. & cod. Græc. pariter & latinis anti. &
Petro Chry. fer. 64.

Qui uenerant ad Mariam.) Vulgati codices e- F.
tiā, qui habentur pro emendatissimis, addūt
& Martham, sed cōtra græcos, cōtra Au. con-
tra Theo. & contra exemplar Corſen. & alia
quædā. cyril. textū habet ex vulgaribus codi-
cibus insertū. Chry. hanc partē nō attingit.

Caiphas(nomine). Nomine nec græcushabet, F.
nec Aug. nec codices aliquot vetusti.

Venit ergo vox de cœlo(dicens.) Et clā. Dicēs in Iohann. 12. B.
vulga-

vulgaribus tantum est, non autem in anti-
F. quis, nec in græcis, nec in Aug.

Et (non) intelligent corde.) Negatio non, si-
cuti abest in græcis, ita abest & in Aug. & in
exem. corse. Ex contextu Cyrilli, quæ con-
stat esse versionis antiquæ, nihil potest ha-
beri certi.

*Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit u-
sti.sua:cū recubuisse ite. Sic habet germana scri-
ptura, iuxta tam græcos quam latinos emen-
datiores & Aug.*

*Post buccellam tunc introiuit.) Tunc, non est
omittendū cōtra græcos Au. & exempl. anti-*

*Et ait discipulis s.) Hęc verba ante illud, non
turbetur, quum nec in græcis reperiantur ve-
tustioribus, nec in latinis nonnullis, itē vetu-
stis, vt sunt 4. exempl. gemblacensis: sed nec a.
pud veteres explanatores, cōsentaneum est
adiecta esse, ad concinnandā sermonis seriē.*

*B. Non cognouisti me.) Quum præcedat vobi
scū plurale, aptius est cognouisti quam co-*

*gnouisti. Mecum facit Ireneus. Hila. Au. &
alij fere omnes, contra græcos.*

*B. Qui uidet me, uidet & patrem.) Ne arbitris
perperam nobis legi, qui videt me, uidet &
pa. quū hodiē græcis legatur, qui vidit me,
vidit patrem, scito nostram lectionem re-
periri apud Au. Hila. li. 7. de Trini. Irene. li. 3.*

C. 13

ca. 13. Chr. & Cyri.) si horum fidim⁹ interpti
bus) vtī magis crediderim, aut græca deprau-
ata, aut certè per temporis hypallagen, he-
bræis familiarem, præteritum positum vice
præsentis, vt fileam interim de copula. Gem-
blacēsium codicum duo. videt, reliqua duo
videt habent.

Nō creditis quia ego in patre, & pater in me est. B.
Secundo loco, hoc græci citra negationem
sic legunt, πισέντε μοι, ὅτι ἐγώ ἐν τῷ πατρὶ,
&c. quod cyril. imperatiū accipit. Potest ta-
men & percontatiū legi. Aug. nobis cum fa-
cit. Chry. Cyril. & Theo. pro græca scriptu-
ra: excepto μοι, quod non legunt, etiam si in
Theo. additum sit in contextu, sed non in
commento.

*Quodcunq; petieritis (pa.) in no.) Patrem, non B.
inueni in codicib: gembla. nec in Enerbo
diensi, vt alios fileam. idq; iuxta græcos, Au.
& Cyril. si commentum inspicias. Paulo etiā
inferius super est, me.*

*Sermonem quem audistis, non est meus.) Excu- C.
sari sanè potest hæc loquendi forma, latinis
auribus (vt nonnulli autumant) inaudita, q
eandem & Vergi. sibi permisit, dum ait: Vr *Aene. i.*
bē quā statuo vestra est: & similiter fere Te- *in Andr.*
rentius dū ait: Quas credis esse has, non sunt
verę nuptię: idq; ex imitatiōe græcorū, apud
G. quos*

EPAN. NIC. ZEG.

quos scribitur Psal. 117. Lapidē quē reprobū uerunt& dīficātes, hic factus est in caput an guli. Deniq; hæc loquendi forma vñq; adeò recepta est, vt ipsam Chrysostomi atq; Cyr. interpretes, non sīnt al' pernati, propterea n fallor, q̄ Græcē itidem legerent, @ τὸν λό γον ὅμηρον ετελέσθαι in quo, per antipo fin, casus pro casu positus intelligi potest. A pud Aug. inuenio, Sermo quem aud.

D. *Paracletus autem.* Per èlego in vetustissimo codice Elstensi. Alias in codē co. etiā per il go, paraclit⁹ : cuius lēcūda acuīf accētu, eo q̄ in pronunciando produci⁹, tertia aut̄ grauat⁹, sed producitur quantitate, sicuti fit in a gapitus, & eleison. ἀγαπήτητος, ἀλέκτορ. Hac de re vide Eras. in Apolo. aduersus Parisienses. Paracletus etiam habebat vñus co. Gembla.

Johann. 15. A. Et colligent eum, & in ignem mit. & ardet.) Ex tant adhuc codices vetusti, qui cum græcis consentientes habent, colligent vel colligū eos, & cardent. Tamen vulgaris lectio magis mihi placet, quippe quę lecta sit Aug.

Johann. 16. B. Docebit uos omnē ueritatem.) Hodie quidem in græcis est, ὁδηγός εἰς πάσαρ πλὴν λαθεῖται: verum ex veterum commentarijs li

quet, exemplaria olim in adiectiōe particulae εἰς, variasse: & ὁδηγός non tam deducere

inter-

IN IOHAN.

interpretari, q̄ docere: maxime quū ab ὁδηγό deducatur, quod inter alia etiam docere de clarat. Nā Chry. & legit & exponit, docebit vos omnem veritatem. Leo pa. & Didymus, siue ipsius interpres Hieronymus contrā, di riget vos in oēm veritatem, scribūt. Au. vero vtrūq; docebit inquiens oēm veritatem, vel deducet vos in omni veritate. Posterior sequutus est, qui in precatione illa ecclesiastica, cuius initium est, Mentes nostras quæsumus domine, sic scribit: & inducat in omnē, sicut tuus promisit filius, veritatem.

Princeps huius mundi (iam) iudicatus est.) De re C. tantilla nō eram quicquam dicturus, nisi me mouisset æditio quædam, quę multis estima tur lōgē omnium castigatisima absolutissimāq; ita, vt ne iota quidem, vel redundare, vel putetur deesse, quum in vtraq; parte (vt cæteros lapsus fileam) peccatum sit, nec leui ter, nec semel. Porro hoc loco, ex imitatione versionis Erasmicæ, superfluè inseritur iam, vt quod, nec archetypus habeat, nec Au. nec codices antiqui.

Me non rogabitis quicquam.) Ex græcæ vo- D. cis ambiguitate ἐρωτήσεται factum constat, vt aliās scriptū offēdatur, interrogabitis. Ad rem magis quadrat, interrogabitis. Sed quando vox græca anceps est, probabile est, &

G. 2 inter-

EPAN. NICO. ZEG.

interpretē a n c i p i t i v e r t i s s e v o c e , r o g a b i t i s , f i c u t i l e g i t u r i n e x e m p . a n t i q u o r i b u s .

- D. Et tamen non sum solus.) Causa hic inferendum putes, tamē, cum eras contra editione Græcam, Aug. & codices antiquos.

Iohan. 17. B. Quos dedisti mibi.) Custodiui: sine ego.

- D. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mun. Et ego pro eis sanctifico meip.) Sic lego in exemplaribus antiquis suffragante Hesichio, Aug. & editione græca.

Iohan. 18. B. Abscidit auriculam.) Abscidit, pronūciari potest media vel producta, ab abs & cedo: vel correpta, ab ab & scindo, quod primam corripit in præterito.

- C. Ad prunas.) Quod huius loco est & ιθγοι μωρη πεποιηθότες, qui prunas congefflerant, apud veteres inuenias. Cæterum quod sequitur, & calefaciebant se. Henricus gra. emendat calefaciebat sine se, verum quia Au. legit calefaciebant se, & infra interpres vertit calefacientes se, grauiò hic non subscribo.

Iohan. 19. A. Et ueniebant ad eum.) Hęc verba tametī nō reperiantur in græcis modernis scilicet, reperiuntur tamen apud veteres explanatores, si gnanter apud Aug. & Cyril. vt hinc suspicet à scribis oscitabundis omissa. Et ne quis cauilletur, subindicat & Nonus, idem se legisse, dū scribit in hęc verba Κοίρανος οπτη

ΖΟΥΤΟ

IN IOHAN.

51

ΖΟΥΤΟ εμ̄ φευδήμονι κλήσει θεούς κάρυπι, καὶ ἡρ ἀλλόθ, ἐπ' ἀλλω χερσὶν αὐτοῖς αἴσιοι, ταῖς φύδος ὀκύρομ αρσέσσαρ, id cilt, dominum simulata appellatione supplicationis, preco ne salutabant. Et ibat alius post alium, manibus mutuis, summum maxillæ impetens.

Pilatus ergo cum audis.) Ergo, non autem habet cum græcis, exéplar Corlén. & alia quædam: quod admonéndum putaui, propter no uas tum castigationes, tum verſiones.

Venit ergo ετ τulit corpus Icfu.) Desunt hęc G. verba in græcis modernis, librarij nō fallor, incuria omissa, occasione illius ἥλθε venit, bis positi. Quandoquidem non modo Au. verum etiam Euthy. & editio Complutēsis, nobiscum legunt. ἥλθερ, δῶν, καὶ ἥζε τὸ σῶμα τοῦ ἴησοῦ. ἥλθε δὲ καὶ νικόδημος.

Fixuram clauorum.) Recti fixuram legeris, *Ioan. 26. A.* iuxta Augustini & aliorum veterum tum librorum, tum interpretum lectionem, à figura, iuxta Iren. & alios vel autores, vel codices: tametī non ignorem, τύπον in lexicis, non fixuram sed figuram interpretari. Figura em̄ clauorum, politum videri possit, pro similitudine clauorum: fixura vero à figendo, id est, feriendo, nil habet ambiguitatis: intellegitur enim de cicatricibus & vestigijs clauorum.

G 3 Quia

EPAN. NICO. ZEG.

Quia vidisti me (Tho.) credi. Quia quām Thoma, legat in grēcis, non legitur tamē Au. nec Smarag. nec Cyril. nec in plerisque exemplis vetustis.

- Iohann. 21.* A. *Manifestauit se iterum Ies. (discip.) ad mare. Di scipulis, non offendō in codicibus paulo antiquioribus, iuxta lectionē Au. & grēcorū.*
 B. *Illud trahere à multitudine. Sic scribit apud Aug. & Smarag. & in exemplari corsen. & alijs aliquot. à enim & ἐπειδὴ hic, pro præponitur, sicuti & in illo Lu. 18. Descendit hic iustificatus in do. s. ab illo.*
 C. *Nemo audebat discubentium. Puto ab interprete scriptum fuisse, dissentīū, quę vox fre quens est apud Ireneū & Tertul. pro discipulo Iorū. Vnde & editio Louaniensis vnum adnotat exēplar, quod ita habuerit. Et in archa typō est μαθητῶν. Eadē corruptela facta est, & Lu. 19. ibi, omnes turbę descendentium.*
 D. *Et uenit Ie. & accepit panem & dat eis. Sic lego apud Aug. & in exemplaribus aliquot antiquis. Græcē autem etiam cætera præsentis sunt temporis, venit, accipit, dat.*
 E. *Sic eum volo manere. In grēcis non est, sic, sed si eum volo ma. & rursus infra, non moritur, sed si eum volo ma. atq; id magis place re video, huius seculi Theologis. Verum mihi neutra videtur lectio syncera. Suspicor autem*

IN IOHAN.

52

aurem & Euangelistam scripsisse, & ὅτες αὐτῷ θέλω μένειν: & interpretem vertisse, si sic eum volo manere: sed utrumque postea librariorum errore, aut temeritate mutatum. Probabile enim est, quod tum latīnus scriba semidoctus, dum utrumque legeret, si, & sic, alterum putans supererisse, quod rectius iudicabat, descripsit, altero pretermisso: tum etiam scriba semigrēcus, dū binas voces offenderet. minimū diffimiles, præfertim si ita scribantur, οὐτε, & οὐτε, priorem si militer reliquerit, quasi superflua. Atque hoc pacto verisimillimum est, natū esse inter Græcos & Latinos dissonantia. Nā eadem occasione vt puto, & illud Iohann. 4. Si sic De° dilexit mundū deprauatū est. Et ne q̄s temerē, hoc me suspicari aut diuinare, contendat: si sic eum volo ma. scriptum repperi apud Di. Hiero, aduersi Ioui. li. i. circiter mediuim. Ad hæc si quis proprius expendat veterum Græcorum, præfertim Cyrilli commentarium, vtut cōtextus habeat, non me frustrā diuinare probabit. Načti quoq; tādem sumus vetustum quoddā Correctoriū, quod testatur olim tam in grēcis, q̄ in antiquis latinis, si sic, scriptum fuisse, & hoc loco & paulo inferius. Ita insuper vidisse se, in perpetuosto quodam exemplari Bibliothecæ

G 4 Cusa-

Cusang, nobis testatus est vir magnæ; tū pro bitatis, tum eruditiois nicolaus Eschius. Sed hac de re, dec̄; id genus alijs prolixius disse- rētem, quispiam fortasse fuggillabit: verum si non ignorariit, quāta ob huiuscemodi res, inter magnos etiā theologos, intercesserit no stra cōestate digladiatio, facile op̄ior, i. nosceret.

*Capere (posse) eos. Illud, posse, nuperam esse
G. adiectionem, arguunt cum græcis exemplaria paulo vetustioria, vt Aug. & chry. fileam. Si quis tamen existimet, hoc ipsum olim à castigatore ecclesiastico insertum, pro cōmoditate sermonis, cū hoc nō ausim cōtendere.*

IN ACTIBVS APO STOLORVM.

Act. 1. A.

V.

 T conuēscens.) Putant ex recentioribus nonnulli, pro conuēscens, legendum cōuerſans, vel congre gans, haud sānē pperam vertentes, vt sonat græcorum sermo σωαλιζόμενος, siue quod alias legitur σωαλιζόμενθ. Verum huic sententiæ refragantur fere veteres, nominatim hic. quęs. ad Hedibā. 7. chr. & Hesich. in Leui. c. 8. quorum nobis autoritas pluris esse debet, quam recentiorum. Quandoquidē Chry. legēs σωαλιζόμενθ, palam de cibo interpretatur. Vnus Aug. ad ducens

B.

ducens hūc locū cōtra Fœlicē Mani. scribit, & quō conuerſatus sit cum illis, & p̄cepit.

In oratiōe.) Hic Græca editio adiicit, & ob- G. secratiōe, sicuti habet & Chryso. sed dissen- tiētibus Hieron. li. cōt. Hierui. Aug. Beda, & editioe latina, deniq; & his oībus antiquiore Cypria. tract. de simili. prælato.

Turba nominum.) Rectius nominum lege- c. ris, hoc est, σωματωμ, q̄ hominū, quōd certius quiddā illud exprimat, nēpc hoīes proprijs designatos noībus: aut noīatim (vt fieri cōsuevit) recēsis. Et ne putes absurdū quod dico, huic simile est, illud Apo. 3. Habes pau ca noīa in Sardis. Ad hāc, noīm legit Hiero. in epist. ad Pauli. cuius initiū est, Frater Ambrosius, & exemplar quoddā iuxta adnota- tionem Louaniensium.

Affigentes interemissis.) Lege affigentes iu- Act. 2. d. xta Græca, & Latina exemplaria vetustiora, & Ireneū li. 3. ca. 12. & Greg. in Iob ni fallor.

De fructu lumbi eius sedere.) Quod adnectit in Græcis duntaxat, τὸ ιερὸν σάρκα αἷας θούξ. ηρχεισόμ, nimirum quōd secundum carnē Christus exurgeret, ab adnotatore quopiā adiectum apparet, hac fortasse occasione, quōd Chryso. idem fere, sed diuerso cōuenientioriq; ordine explanando interferat, ita inquiens: Non dixit, promisit simplici-

G 5 ter,

ter, sed quod maius erat iurciurádo iurauit, ex lumbo eius, quoad carnem, oriturū Chri-
stum, vt sédeat super thronū illius. Quē or-
diné in vno tandem, atque altero exempla-
ri reperimus, his verbis: Εὐκαρποῦ τὸν ὄν-
τυος αὐτοῦ, τὸ κατὰ σάρκα αναστητὸν τὸν
Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προ-
δῶμελαλοε. Pro nostro interprete facit
Ireneus, qui hæc verba non legit, lib. 3.
cap. 12.

[2.] Effudit hunc, quem uos videtis, et audi.) Hoc
puto esse germanius, vt subaudias spiritum,
quām quod in nostræ tempestatis codicib⁹
cernitur, hoc donū, quod vos videtis: quod
neque cum Græcis consonat, neque cum
Beda: sed neque cum Chryso. si ipsius dili-
genter verba trutines.

[3.] In Ierusalē: et metus erat magnus in uniuersis.)
Hæc in græcis prætermissa videntur hac oc-
casione, quod ad eam ferè precedat, siebat autē
omnianimæ timor. Certè Valla non memini-
nit discrepantia, sicuti nec Beda, qui aliás fe-
rè huiuscmodi admonere, in hoc opere
consuevit. Nec desunt hæc verba exéplari-
di. Donatiani, quod aliás fere cum græcis
consentit. Codici quoque refectorario Cæ-
nobij Assiginiensis, tantum deest, magnus.
Habentur itē & in codi. Gēb, vt alios silcam.

Auge-

Augebat, qui salui fierent, cotidie in idipsum.)
Putant nōnulli depravatè scriptū, augebat,
pro addebat, sed falluntur: οὐ γέσθεμι nō
solū addo, verū etiā, τὸ εἰς αὐγῆσιν τιθέμι, id
est, augeo, non raro declarat. Et magis qua-
drat nostræ lectioni augendi vocabulum,
propter absentiā verbi ecclesiæ, τῇ ἐκκλησίᾳ,
quod grecus continet contextus, consonatē.
Chrysoſt. sed qui secus distinguat atq; Latini:
nimirū ad hūc modū. ὁ δὲ Κύριος προσετί-
θετοὺς σωζουμένους, καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ,
Ἐπὶ τῷ αὐτῷ δὲ στέτερος. Dñs autem addebat, c. 6.
q̄ salui fieret, cotidie ecclesia. In idipsum au-
tem, vel (vt alijs placet) simul auit Petrus & Io-
hā. Probabile tñ est illud, τῇ ἐκκλησίᾳ, ab ex-
planatore quopiam additū in margine fuis-
se, ac deinde à scriba traductū in contextū.

Quum tenerent autē Petrum & Ioban.) Quum Act. 3. 6.
emendationes codices Latini habeant tene-
rent, omissis ijs quę in græcis adiiciunt, κα-
τοῦντο δὲ τὸ λαθέντος Χολᾶ, quum te. is qui
sanatus fuerat claudus, suspicor interpretē
nřm hoc pacto legisse, κρατοιωτῷ δὲ τῷ μα-
τέρῳ, etiāsi nō ignore, quid scribat Chryso.
addes sanatus. Et tamē in nōnullis haud ma-
la fidei codicibus reperio, teneret: atq; adeo
in vno quodam membranaceo adiectū of-
fendo, is q̄ sanus fuerat effectus: verū q̄a hoc
hacte-

IN ACT. APOST.

hactenus vulgo lectum non est, nō puto ger
mani esse cōtextus, sed adiectum à studiolis,
ad tollendam sermonis obscuritatem.

C. *Nostra uirtute aut pietate:* Ita scribendum
iuxta codices aliquot vetustæ scripturæ, &
græcos, non potestate: nam virtute positum
est, pro potestate: est enim dūrāuerit.

C. *Deus autē qui prænunciavit.*) Nonnulli codi-
Act. 4. ces cum græcis habēt, quæ prænunciauit.

Seniores Israēl (audite.) Audite, subditiciū
est, vt pote quod nec græcis legitur, nec Cy-
priac lib. con. iudeos 2. cap. 15. nec Ireneo: nec
in codicibus nostris antiquis.

B. *Domine tu qui fecisti.*) Sic habet Bedæ glossæ
ma, & biblia antiqua, absq; es, & absq; deus,
quod in græcis est. Ambro. tamen lib. de vo-
catione gent. & Hila. in psal. 2. addunt, tu
es: id quod non facit Hieron. in comm. in
Iob. cap. 39.

B. *Verē in ciuitate ista.*) In græcis adjiciendum
ēv πόλει πατρᾶ, sicuti cū interprete nō legit
Ireneus, Amb. & Hilar. locis supra citatis, &
Chrysofto.

G. *Barnabas ab Apost. quod est interpretatum, fi-*
lius consolationis. Barnabas iuxta Hiero. inter-
pretatur filius prophetæ, vel filius veniētis,
aut vt pleriq; (inquit) putant, filius consola-
tionis. Atq; hinc in suspicionē vocor Euā-
gelistam

IN ACT. APOST.

55

gelistām, barnabas, aut barnachū scripsisse.
תְּהִלָּה וְinterpretatur cōsolatio: vnde תְּהִלָּה
nachum propheta dictus est, id est, con-
solator: atque id successu temporis depra-
uatum esse in barnabas, ob vicinitatem lite-
rarum, aut ob cognitionem huius vocis uul-
gatiorem, qua occasione & alia nōnulla cor-
rupta reperias, quemadmodū Ioseph, quod
paulo antè præcessit, probabile est à Latinis *Ieses*,
mendoza scribi, quum Græcis ἱωῆς, scriba-
tur, vti scriptum cernitur in epistola Urbani
papæ. Nonnulli codices habēt barsabas: sed
Beda adnotat, sic non habere exemplaria
emendationia.

Dixit autē Petrus (ad Ananiam) *Anania, cur ten-*
ta. Ad Ananiam, neq; in Græcis est, neque in
Latinis vetustis, ad stipulante Chrysoft. Be-
da quoque legit, Anania cur tentauit, admo-
nens interim in alia translatione, iuxta Græ-
cos haberi, Anania cur impleuit satanas, sicut
si scribit Cypr. ad Quirinū. Quidam tamē li-
bri habent, ad Ananiam, sed omittentes Ana-
nia vocatiū casus. Aug. ser. de Trinit. 6. ha-
bet, tentauit.

Dic mibi (mulier) Mulier in Græcis, & non-
nullis Latinis non adscribitur.

Et liberatur ab infirmitatibus suū.) Hæc uerba
neq; in archetypo reperiuntur, neque apud
Chrysoft.

Chryso. neque in antiquioribus codicibus nostris, ne quis ea ad contextum credat pertinere Apostolicum. Vnus Beda addit hoc tantum, & liberarentur. Et in non nullis impressis inseritur etiam, liberarentur omnes. Quæ nimirū varietas arguit esse notha. Consultius tñ fuerit, ppter scrupulosos, ad marginē huiuscemodi adscribere. Bea. Aug. in ser. de Petro & Pau, verba adducens, præcedentia ista non adiungit.

E. *Iussit foras ad breue hoies fieri.*) Ita in vulgaribus codicibꝫ antiquis scriptū cernit: sed quod in vno quodā, haud male fidei codice rep̄ri, iussit foras modicū Apostolos secedere: & quod editio Louaniensis adnotat in 5. vi. sum esse, iussit pusillū foras Apostolos secedere, & dilucidius est, & magis respondens Græcis & Chrysost. an verò germanius sit, equidem non ausim adserere, qꝫ videat de mutata scriptura propter obscuritatem.

